




DICTIONARIUM ÆLII ANTONII NEBRISSENSIS,

GRAMMATICI, CHRONOGRAPHI REGII;

IMO QUADRUPLEX EJUSDEM ANTIQUI DICTIONARII

SUPPLEMENTUM.

Quorum primum continet dictiones Latinas in Hispanum sermonem translatas:
Secundum nomina propria regionum, urbium, montium, fluviorum, &c.
Tertium autem neotéricas ac vulgares regionum, urbium, oppidorum, &c. appellationes in Latinum sermonem conversas:
Quartum & ultimum Hispanas voces Latinè interpretatas complectitur.

ACCESSERUNT PERMULTÆ DICTIONES TUM EX SACRIS BIBLIIS, tùm ex utriusque Juris voluminibus:

Index præterea verborum veterum, & rarò usitatorum apud Terentium:
Verba item Legum XII Tabularum:
Index insupèr utilissimus, in quo opposita emendataque quotidiani sermonis barbaries:
Notæ etiam Antiquorum, hoc est, Dictionum compendia, quibus prisci Latini tùm in numismatibus & inscriptionibus, tùm aliis in monumentis utebantur:
Dictionarium tandem Arabicum in calce Hispani Dictionarii positum.

QUÆ OMNIA ACCURATIUS REVISA, PERQUAM DILIGENTER RECOGNITA, ab innumeris quibus scatebant mendis vindicata, pristinæ integritati restituta, admodum aucta, castigata, illustrataque prodeunt operâ, studio, diligentia

R. P. M. Fr. EUGENII ZEBALLOS, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini.



MATRITI. Apud MICHAELEM ESCRIBANO, Typographum. M.DCC.LXXX.

Sumptibus Regalis Societatis Typographorum, Bibliopolarumque.

SUPERIORUM PERMISSU.

IN AUCTORIS LAUDEM.

Ut patria quondam Sénonum subduxit ab armis,
Cùm tibi præstiterit Roma Camillus opem:
Ut toga facundi servavit Consulis urbem,
Struxerat ardentes cùm Catilina faces;
Restituit linguam sic nostro ANTONIUS ævo.
Et pepulit Galli balbutientis opus.
Furius imperium Latium, hic idioma recepit,
Et tamen à Gallo clarus uterque viro.
Hoc duce barbaries pulsa est : Hispania gaudet,
Cultaque Castaliis tota rigatur aquis.
Jam novus aggreditur non nota volumina tyro,
Intrepidusque audet verba latina loqui.
Hic prior Arpinas cœpit diffundere chartas,
Et prior hic vatem, Mantua parva, tuum.
Hunc lege, Castalidum quicumque vireta sororum,
Vel pede, vel pedibus liber abîre voles.

AD INDOLIS EGREGIÆ LIBEROS,

Magnifici, ac proinde Splendidissimi Equestris Ordinis viri Michaëlis Almazani, à Secretis clarissimi Ferdinandi Regis, Ælius Antonius Nebrissensis Historicus Regius.

S. D. P.

LIbet mihi paulisper jocari vobiscum, filii charissimi: sic enim volo vos interim appellare, sive ætatis, sive doctrinæ, sive amoris pietatisque ratione. Fuit, me juvene, Evangelista quidam nomine, vir inter primores Hispanos atque in Curia Regali propè semper versatus, alioquin natura perquam facetus. Is cum itinere quodam assectaretur Arevacensium Ducem, perventumque esset in bivium, quod indiscreta differentia se in duas partes findebat, interrogatus ab ipso duce, utra ex illis ad locum destinatum perduceret? Utramque, respondet, Clarissime Dux, simul arripito: isto namque modo non aberrabis. Cum mensibus proximis Bilbili cum pientissima matre vestra hybernaretis, accepi litteras à prælectore vestro Lastra, quibus faciebat me certiorem, & vos benè valere, atque in præceptis artis Grammaticæ, illis maximè quæ in promptu esse debent, satis commodè institutos. Lætatus sum, ita me Deus benè amet: pervenisse vos jam ad bivium, quemadmodum ait Poeta: : : : *partes ubi se via findit in ambas.* Non dico illas, quarum altera tendit ad Elysios, altera ad pallentes umbras Erebi, noctemque profundam; sed ad illas, quibus insistunt Latini sermonis studiosi. Quas ego nunc vos cum Evangelista meo simul arripere hortor & moneo: non enim altera obstat alteri, cujusmodi erant illæ de quibus interrogatus respondit; quin potius alterutra alterius auxilio recreata ad destinatum finem perducit. Quæ sunt, dicetis, duæ illæ viæ, quibus tantopere jubeo vos insistere? Nimirum, ut Latinam lectionem vertatis in sermonem Hispanum; atque è diversò Latinis Hispanas voces permutetis. Non obstat alterum studium alteri; imó se invicem juvant, cum eadem sit via Thebis Athenas, & Athenis Thebas: exemplum Dialecticis familiare, quod jam in proverbium abiit. Quædam enim sunt opera, quæ nisi è contrario nitentibus perfici non possunt: quemadmodum mulierculæ duæ lintea polientes, cum humorem conceptum exprimere volunt, nunquam efficient quod ambæ intendunt, nisi utrinque obluctantes distorqueant. Utramlibet institueritis viam, jucundissimi filii, duos mitto vobis duces, atque studiorum vestrorum probos adjutores. Alterum, qui vobis Latinos authores legentibus præsto sit, cum in reconditioris alicujus significationis verbum incideritis; alterum quem possitis consulere, quoties à præceptore vestro proposita Hispana thesis Latino sermoni vobis reddenda fuerit. Sic enim & Latina Hispanis, & Hispana Latinis commodissimè permutabitis. Valete, patris optimi, atque proinde nobilissimi voluptas, & altera spes. Salmanticæ, Kal. Aprilis, Anno M. D. XII.

IMPERATOR TRAJANUS, HISPANUS,

Nobilitavit Hispaniam variis ædificiis, atque inter cætera construi jussit super Tagum pontem à se cognominatum, qui nunc vulgò dicitur DE ALCANTARA: opus superbum, & Imperatoria Majestate dignum, in quo etiam hodie sequentes visuntur inscriptiones.

Ex utrâque parte arcûs.

IMP. CAESARI. DIVI. NERVAE. F. NERVAE
TRAIANO AUG. GERM.
DACICO. PONTIF. MAX. TRIB. POTES. VIII.
IMP. V. COS. V. P. P. (*)

MVNICIPIA
PROVINCIAE
LVSITANIAE. STIPE
CONLATA. QVAE OPVS
PONTIS PERFECERVNT
IGAEDITANI
LANCIENSES OPPIDANI
TALORES
INTERAMNIENSES
COLARNI
LANCIENSES TRANSCVDANI
MEIDVBRIGENSES
ARABRIGENSES
BANIENSES
PRAESVRES (*)

Erant quatuor similes; sed aliorum trium solæ vacuæ sedes apparent.

Supra limen superius ædiis D. Juliani in principio Pontis.

IMP. NERVAE TRAIANO
CAESARI. AUGUSTO. GER-
MANICO. DACICO SACRUM. (*)

TEMPLVM IN RVPE TAGI SVPERIS ET CAESARE PLENVM
ARS VBI MATERIA VINCITVR IPSA SVA
QVIS QVALI DEDERIT VOTO FORTASSE REQVIRET
CVRA VIATORUM QVOS NOVA FAMA JVVAT
INGENTEM VASTA PONTEM QVAM MOLE PEREGIT
SACRA LITATVRO FECIT HONORE LACER
QVI PONTEM FECIT LACER ET NOVA TEMPLA DICAVIT,
ILLIC SE SOLVVNT HIC SIBI VOTA LITANT
PONTEM PERPETVI MANSVRVM IN SAECVLA MVNDI
FECIT DIVINA NOBILIS ARTE LACER
IDEM ROMVLEIS TEMPLUM CVM CAESARE DIVIS
CONSTITVIT FELIX VTRAQUE CAVSA SACRI (*)
C. JVLIVS LACER H. S. F.
ET DEDICAVIT AMICO
CVRIO LACONE IGAEDITANO. (*)

In pontis refectione, quæ memoria nostra facta est.

CONSTRVXIT PONTEM PRIMVM TRAIANVS, ET INDE
CAROLVS QVINTVS NOMINE RESTITVIT. (*)

(*) Ita ex Cl. Magistro FLOREZ has Inscriptiones restituit P. Zeballos.

PRÆFATIO.

AD MAGNIFICENTISSIMUM, ac perinde illustrem D. Joannem Stunicam, Magistrum Militiæ de Alcantara Ordinis Cisterciensis, Ælii Antonii Nebrissensis Præfatio in interpretationem dictionum ex sermone Latino in Hispaniensem.

Utrum mihi fúerit honéstius, atque magis è re pública, in illo claríssimo Hispániæ, ac perinde totius orbis terrârum, Salmanticénsi Gymnasio artem Grammáticam profitéri; an amplíssimæ dignatiônis tuæ contubérnio ac jucundíssima familiaritâte frui, multi quotidiè à me quærunt: id quod ego sóleo mecum sæpe cogitâre. Nam fuit (quod sine arrogántia dictum esse velim) proféssio illa mea, usque eo illústris, ut etiam malivolôrum testimónio & inimicôrum confessione totum hoc mihi tribuâtur: Quod Latini sermônis officinam primus apérui, ausus quod ait Horátius ille Cátius, novis præcéptis signa pónere: Et quod ex univérsa propémodùm Hispánia Alexándros, Petros Helias, & duriôra adhuc nómina, Galtéros, Ebrárdos, Pastránas, & néscio quos, indígnos qui nominéntur, Grammatístas ac litteratóres fúnditùs eradicávi: Quodque si apud Natiônis nostræ hómines Románæ linguæ quidquam est, id totum mihi accéptum reférri debet. Est profèctò hæc labôris nostri merces ita magna, ut in hoc litterârum génere nulla major excogitári possit; sed tota illa nostræ professiônis indústria perangústis fínibus circumscripta erat. Nam cum in enarrándis auctóribus ómnia propè témpora mea consúmerem, quinis quotidiè aut senis horis in re difficíllima, nec minus fastidiósa, occupâtus: fáteor non fuísse totum negótium illud tanti, ut in ea re, quæ videbâtur ad paucôrum utilitâtem pertinêre, tam bonas horas collocârem; cum fortassè majóribus auspíciis atque ad ópera multò majôra natus essem, & quæ nostris homínibus conducibiliôra forent.

Quid quod habénda fuit rátio valetúdinis & ingénii; cujus utriúsque vires sentiêbam indies hebetári, atque illud mihi usuveníre, quod de lucérna est in provérbio: Dum cætera illústrat, ipsam pati intertriméntum.

Itaque cùm essem à te, Princeps illustríssime, multis præclarísque benefíciis invitâtus, ut tuôrum número adscribi vellem, íllico arrípui occasiônem; & eo quidem libéntiùs, quod nihil jam diù magis cupiêbam, quam dari aliquándo mihi ótium, in quo possem áliquid scríbere, quod non modò præséntibus, verumétiàm pósteris prodésset.

AL MUY MAGNIFICO, y asi ilustre Señor D. Juan de Estuñiga, Maestre de la Caballería de Alcantara, del Orden del Cistér, comienza el Prologo del Maestro Antonio de Nebrixa á la interpretacion de las palabras Latinas en Lengua Castellana.

Muchos cada dia me preguntan aquello mesmo que yo muchas veces suelo conmigo pensar: quál de dos cosas me fuera mas honesta, y mas provechosa á la Republica, enseñar Gramatica en el estudio de Salamanca, el mas lucido de España, y por consiguiente de la redondez de todas las tierras, ó gozar de la familiaridad y dulce conversacion de vuestra muy ilustre y gran Señoría. Porque (hablando sin soberbia) fue aquella mi doctrina tan notable, que aun por testimonio de los envidiosos, y confesion de mis enemigos todo aquesto se me otorga: Que yo fui el primero que abrí tienda de la Lengua Latina, y osé poner pendón para nuevos preceptos, como dice aquel Horaciano Cacio: E que yá casi del todo punto desarraygué de toda España los Doctrinales, los Pedros Elias, y otros nombres mas duros, los Galtéros, los Ebrardos, Pastranas, y otros no sé qué postizos y contrahechos Gramaticos, no merecedores de ser nombrados: E que si cerca de los hombres de nuestra Nacion alguna cosa se halla de Latin, todo aquello se ha de referir á mí. Es por cierto tan grande el galardon de este mi trabajo, que en este genero de letras otro mayor no se puede pensar; mas toda aquella mi industria de enseñar estaba dentro de muy estrechos terminos apretada. Porque como gastase quasi todo mi tiempo en declarar los Autores, ocupado cada dia cinco ó seis horas en cosa no menos dificil que enojosa: quiero decir la verdad, que no era todo aquel negocio de tanto valor, que oviese de emplear tan buenas horas en cosa que parecia tocar al provecho de pocos; siendo por ventura nacido con mayor fortuna, y para obras mayores, y que fuesen á los nuestros mucho mas provechosas.

Quanto mas que habia razon de mirar por mi salud, y ingenio: las fuerzas de los quales entrambos sentia mas y mas ser enflaquecidas, y por esperiencia contescerme lo que de la candela está en el refran: que alumbrando los otros, ella rescibe mengua.

Asi que, muy ilustre Señor, siendo yo con muchas y señaladas mercedes de vuestra Señoría convidado que me quisiese contar en el numero de los vuestros, luego arrebaté la buena dicha; y tanto de mejor gana, que ya ninguna cosa mas deseaba, que ofrecerseme ocio en que pudiese escribir alguna cosa que aprovechase, no á los presentes, mas aun á los que están por venir.

Non quod non satìs pulchrè intellígerem, quàm fréquens débeat esse is qui vitam hanc áulicam sectâtur, atque Príncipi suo placêre studet, ut quoad fieri cómmodè possit, nullum tempus intermittâtur, quo non illi astet, palpêtur, blandiâtur, arrídeat, condóleat, dedûcat, redûcat, sed quod vidêbam te ea magnitúdine ánimi ut hæc ómnia parvifáceres, & ea humanitâte ut nihil esset, modò honéstum, quod non mihi per te licêre posse confíderem.

Igitùr cum primùm tuus esse cœpi, magnam illicò spem immortalitâtis mihi ante óculos propósui: aggressúsque sum opus quod putâbam esse máximum, omniúmque máximè necessárium; sed cui non modò ego, verùm étiàm omnes ómnium disciplinârum professores satisfácere vix possint. Nam quotus quisque præcéptor in arte sua aut non négligit, aut non ignórat plæraque rerum vocábula? in quæ si fortè incíderit, aut dissímulat, aut áliud pro álio áccipit, aut se nesíre fatêtur ingénuè. Quod si velint esse paulò diligentióres, atque auctóres illos consúlere, qui de vocabulôrum significatiónibus scripsérunt: aut nihil repériunt, aut si quidquam reperíerint, níhilo plus inde repórtent, quàm si nihil inveniant. Omnes enim qui sibi unquàm hanc provinciam assumpsérunt, aut in dictiónibus obsolétis, inusitâtis, bárbaris & peregrínis magna ex parte occupâti sunt; aut tam ambíguè dubitantérque ómnia expónunt, ut nihil certi nobis tradant; aut si rem ipsam per diffinitiônem qualis est nobis descríbunt, non tamen ita ut dígito monstrari possit. Quòd eò fit, aut quia ipsi iídem illa ignórant, aut quia incógnita per multò incertióra nobis osténdunt. Quæ ómnia vítia, quantùm fieri pótuit, declinávimus. Nam & vocábula osca & prisca, quibus propter antiquitâtis auctoritâtem plerúnque utúntur auctóres, brévitèr attígimus, neque quidquam sub ambiguitâte relíquimus; sed aut quid esse planè díximus, aut confessi sumus nos ignorâre, rei génere tantùm cum áliqua differéntia annotâto.

Et ne ullus mihi relinquâtur véniæ locus, dictiónes Latínas, aut Græcas & bárbaras latinitâte donâtas per exactíssimam alphabéti sériem digéstas in Hispaniénsem linguam convértimus: magno (fáteor) æstimationis meæ perículo, cum non desint qui litteras véntilent, calumniéntur in syllabas, & toti dénique huic nostræ interpretatióni détrahant. Sed audéndum fuit áliquid, atque pro utilitâte multôrum subeúndum, ut sapiéntes atque insipiéntes de nobis judicárent.

Quod si alicubi excídimus, neque satisfécimus opinióni quam multi de nobis habent: considerâre debêbit amícus Lector rei difficultâtem, & non quid ego fécerim, sed quid álii prastâre non potúerint. Nam cum res ipsæ, quarum vocábula sunt, aut cum ipsa natúra perénnent, aut in solo usu hominúmque arbítrio pósitæ sint: naturália illa magnâ ex parte nomínibus tantùm peregrínis Orbi nostro cógnita sunt; & hæc voluntária, no-

No porque yo no sabia bien quán continuo ha de ser aquel que sigue esta vida palaciana, y quiere agradar á su Señor: y si buenamente se puede hacer, que nunca se entreponga tiempo en que no esté delante de él, le lisonjée, le alhague, se ria de lo que él se riere, le pese de lo que le pesare, le acompañe dó fuere, y de dó viniere; mas porque conocia la grandeza de vuestro animo tamaña, que tenia en poco todo esto, y la humanidad tan grande, que no habria cosa, si fuese honesta, que no me diese lugar para la hacer.

Así que luego que comencé á ser vuestro, puse delante los ojos una grande esperanza de inmortalidad: y tenté una obra, la qual pensaba ser la mayor y mas necesaria de todas; y á la qual no solamente yo solo, mas aun todos los Maestros de todas las Sciencias apenas puedan satisfacer. Porque qué profesor hay que en su arte, ó no haga poco caso, ó no ignore los mas de los vocablos de las cosas? con las quales si alguna vez encuentra por ventura, ó los disimula, ó toma uno por otro, ó con generosa vergüenza confiesa que no sabe. E si quisieren ser un poco mas diligentes, y tomar consejo de aquellos que escribieron de las significaciones de los vocablos, ó ninguna cosa hallarán, ó si algo hallaren, tanto monta como si ninguna cosa hallasen. Porque todos los que en este cuidado se pusieron, están por la mayor parte ocupados en palabras muy antiguas, desusadas, barbaras, y estrangeras: ó declaran las cosas asi confusa y dudosamente, que ninguna certidumbre de ellas nos dejan, ó si por difinicion nos señalan qué tal es aquella cosa, no á lo menos en tal manera, que con el dedo se nos pueda demostrar. Lo qual acontece, ó porque ellos no supieron qué cosa era, ó porque nos enseñan las cosas no conocidas, por las menos ciertas. De los quales todos vicios, quanto fue posible, nos apartamos: tocando brevemente las dicciones muy antiguas, de que por acatamiento de la antigüedad usan los Autores: y no dejando alguna cosa debajo de duda, antes especificamente diciendo, qué cosa es, ó señalado el genero con alguna diferencia, confesando que no sabemos la especie.

E porque no me quede lugar de perdon, volvi en Lengua Castellana las dicciones Latinas, ó Griegas, y bárbaras usadas en la Lengua Latina, repartidas por muy diligente orden del A, B, C, (quiero decir la verdad) con gran peligro de mi honra; porque no faltará quien examine las letras, acuse las sylabas, y en fin reprehenda toda esta nuestra interpretacion. Mas fue necesario de nos atrever, y por el provecho de muchos someternos al juicio de los que saben, y no saben.

E si en algun lugar tropezamos, y no satisfice á la opinion que muchos de mí tienen, ha de considerar el Lector amigo la dificultad de la cosa, y no lo que hice, mas lo que los otros no pudieron hacer. Porque las cosas de que son los vocablos, ó son perdurables con la mesma naturaleza, ó están puestas en solo el uso y alvedrío de los hombres: las naturales por la mayor parte son conocidas en nuestra tierra por nombres

nobis etiam sentiéntibus, quotídiè cum nomínibus immutántur.

Quid quod ex iis rebus quarum formæ, ut Physici dicunt, sempitérnæ sunt, quædam pénitùs interiérunt; quasdam incógnitas repéntè natûra prótulit? Nulla fuit arbor inter antíquos nobílior plátano; sed an extet hódiè apud áliquas gentes ego non ausim affirmare; certè in Hispánia nusquàm esse áudio. Fuisse autem antíquis tempóribus vel ex eo manifestum est, quod Cæsar in memóriam nóminis sui árborem própria manu Córdubæ consêvit. Qua de re est epigrámma Martiâlis: (*Lib.* 9, *Epig.* 46.)

In Tartessíacis domus est notíssima terris,
Qua dives plácidum Córduba Bæthim amat;
Véllera natívo pallent ubi flava metállo,
Et linit Hespérium bráctea viva pecus.
Ædibus in médiis totos compléxa penátes,
Stat plátanus densis Cæsariâna comis.

Quod verò Poëta dicit:

Véllera natívo pallent ubi flava metállo:

Et alio loco: (*Lib.* 12. *Epig.* 52.)

Uncto Córduba latior Venáfro,
Albi quæ súperas oves Galési,
Nullo múrice, nec cruôre mendax,
Sed tinctis grégibus colôre vivo:

Et alio prætéreà loco, de Bæthi flúvio: (*Lib.* 12. *Epigram.* 75.)

Bæthis olivíferâ crinem redimîte coronâ,
Aurea qui nítidis véllera tingis aquis.

Nemo est qui dicat se nostro sæculo vidísse oves natívo illo auri splendôre inféctas. Ubi nunc est illa auri tot sæculis inexháusta atque terris ómnibus prælâta fertílitas, ex qua pondo auri sexagínta míllia quotánnis pópulo Românо pendêbat Astúria? Ubi nunc argentárii illi pútei ab Hannibale inchoáti, quorum unus tantùm trecéntas argénti libras quotídiè Carthaginénsibus subministrâbat? Ubi nunc in província Bæthica numerôsa illa plumbi invéntio? Ubi in Tarraconénsi ad Segóbrigam lápidis speculâris metálla? Ubi torréntis illius, qui præterlábitur Tarracônem, lini tenuándi, poliéndi, candificándi incredíbilis quædam natûra, cárbasis ubi primùm repértis? Quæ ómnia eoúsque evanuérunt, ut ne vestígium quidem ullum nostra ætâte reperiátur.

At è contrário multa sunt nostro sæculo quæ antíquitas illa aut pénitùs ignorâvit, aut génere tantùm indistínctè cógnito, differéntias rerum non intelléxit. Mala citrea unîus tantùm géneris ac nóminis, atque ita vix cógnita apud antíquos fuisse légimus. Nos verò ejus pomi váriis genéribus nómina divérsa indídimus, cidras, naránjas, torónjas, limas, limónes *appellantes.*

Pa-

bres peregrinos; y estas otras voluntarias, sintiendolo nosotros, se mudan cada dia con sus nombres.

Pues qué dirémos de aquellas cosas, las especies de las quales, como dicen los Philosophos, son eternas: que unas del todo se perdieron; y otras por el contrario nunca vistas subitamente parió la naturaleza? Ningun arbol fue entre los antiguos mas noble que el plátano; yo no osaría afirmar que lo hay hoy cerca de algunas gentes: á lo menos en España no óyo decir que se halle. E que en aquellos tiempos lo oviese, parece muy claro, por aquello que Cesar en memoria de su nombre lo plantó en Cordoba por su propia mano. De lo qual hay un Epigrama de Marcial: (Libro 9. Epigram. 46.)

En el Andalucía hay una muy notable casa,
Donde la rica Cordoba goza del dulce Guadalquivír:
Donde los rubios vellones con el natural oro son amarillos,
E la viva foja tiñe las ovejas de España.
En medio de la casa está un plátano de Cesar,
Que abraza todo el aposentamiento de ella.

Y lo que el Poeta dice:

Donde los rubios vellones con el natural oro son amarillos;

Y en otro lugar: (Lib. 12. Epig. 52.)

O Cordoba mas gruesa que el grueso Venafro:
Que vences las ovejas del blanco Galeso,
No con trocatinte de sangre de purpura,
Mas tiñendolas con vivo color:

Y en otro lugar, de Guadalquivír; (Lib. 12. Epig. 75.)

O Guadalquivír coronado de olivas,
Que tiñes los dorados vellones con aguas lucias.

Ninguno hay en nuestro tiempo, que diga haber visto ovejas teñidas de aquel natural resplandor de oro. Dónde está agora aquella fertilidad de oro nunca vacía en tantos siglos, y antepuesta á todas las tierras, de la qual las Asturias rentaban cada un año al Pueblo Romano sesenta mil libras de oro? Dónde están aquellos pozos de plata, que comenzó Annibal, de los quales uno solo rentaba cada un dia á los Cartagineses trescientas libras de plata? Dónde está en el Andalucía aquella copiosa invencion del plomo? Dónde en Aragón cerca de Segorbe aquellos mineros de piedra, que se traslucía? Dónde aquella maravillosa naturaleza del arroyo que pasa por Tarragona, para adelgazar, polir, y blanquear el lino, donde los carbasos fueron primero hallados? Lo qual todo asi desapareció, que ningun rastro de ello se halla en nuestro tiempo.

Por el contrario muchas cosas hay en nuestro siglo, las quales la antiguedad ó del todo no conoció, ó confusamente conocido el genero, no entendió sus diferencias. Solamente leemos un nombre y genero de fruta agra: y asi apenas conocida entre los antiguos. Pero nosotros pusimos diversos nombres á diversos generos de aquella fruta, llamandolas *cidras, naranjas, toronjas, limas, limones.*

Eso

Pari ratiône cucúmeres una forma atque nómine apud illos erant, cum repéntè provenêre in Campánia conglobáti, & ex illôrum sémine factum est novum genus, cœptíque appellári mellopepónes. At verò nos prater anguínum, & cultívum, & illum in Campánia invéntum, adhuc ália génera cérnimus, & pepinos, badéas, sandías *vocâmus.*

Neque solùm iis in rebus quæ natúra constant, vocábula ipsa cum rebus oriúntur simul & occídunt; verùm étiam usus & desuetûdo tantùm pollet, ut rebus ipsis permanéntibus, quædam ex illis óbruat, quædam rursùs próferat in lucem. Accípitres eos qui sic propriè appellántur, & quibus tempestâtis nostræ áucupes utúntur, in duo génera distínxit Aristóteles, auctor ómnium diligentíssimus: atque humípetas & sublimípetas appellâvit; nos azóres & halcónes dícimus. Sed quod illis tempóribus ars hæc accipitrária nondùm erat invénta, neque accípitrum usûs adeò frequens: satis habuérunt illos ex ratiône volâtus in duo génera partíri. Nostri verò quibus hæc ars est in máximo honôre, complúres in utrôque génere differéntias fecérunt, gavilánes, azóres, gerifaltes, neblíes, sacres, alfanéques, baharíes, tagarotes, *tum plumârum ratiône, tum nascéndi órdine, tum pátriæ, prædæ, victus, morúmque varietâte distinguéntes.*

Contra in ápibus (animal quo nullum est nobis familiárius, & quod ex insectôrum génere solum est hóminum causa generâtum) multa sunt, quæ nec apiárii quidem nostri sæculi intélligunt, cum á majóribus nostris sint perspécta simul & cógnita.

Quis enim hodiè ex mellatiône aliud pércipit, quàm mel, & ceram? Pauci ex médicis novêre Própolim. Rhitacen verò, quod erat ex favis mel pretiosíssimum, virtutísque ad illiciéndum mirándæ, ne suspicári quidem possunt quid sit; cùm íleros, metys, pissóceros, magni ad medicaménta usûs, omninò illis re atque nómine incógnita sint. Jam verò ex iis rebus, quæ sunt in promptu sempérque fuérunt, multa significántiùs uno verbo Latínus sermo dicit, quàm nos plúribus. Esto exémpli causa Omen, *quod signíficat illud (ut ita dicam) auspícium, quod captâmus ex eo quod locûtus est quíspiam in re perquàm divérsa; si velimus Hispânum fácere, vix multis verbis id potérimus cónsequi. Si verterêmus in* alfil Toledano, *rectè atque Hispánè interpretarêmur; sed quid illud sit, perpáuci intélligunt. E contrário multa Latínus sermo habet, quorum vim etsi Latína lingua sentit, non tamen habet unum áliquot verbumque illa enúntiet. Ut ecce á cúbito nos fécimus* codazo *pro eo quod est Latínè cúbiti ictus:* codear, *pro eo quod est cúbito péllere. Quod si eárum rerum, quæ sunt per natúram constántes, vocabulôrum tanta mutátio; quid futúrum putámus in iis, quas aut necéssitas humâna quotídiè réperit, aut luxúria parit, aut ótium excógitat? Ex hoc génere sunt vestes, armamenta, cibi, vasa, naves, instruménta Músicæ, rei Rústicæ, atque ómnium illárum ártium, quas in opulentíssima quaque ci-* vi-

Eso mesmo los cogombros, que eran de una figura y nombre entre ellos, subitamente nacieron en Campania redondos: y de la simiente de ellos hecho un nuevo linage, comenzaronse á llamar melones y pepones. Mas nosotros allende el cohombrillo amargo, y el que se labra, y el que súbito nació en Campania, otros generos vemos, que llamamos *pepinos, badéas, sandías.*

E no solo en las cosas que permanescen en la naturaleza, los vocablos juntamente nacen y mueren con las cosas; mas aun tanto puede el uso y desusanza, que permaneciendo las mesmas cosas, unos de ellos echa en tinieblas, y otros saca á luz. Las aves de caza, que propiamente asi se llaman, y de las que usan los cazadores de nuestro tiempo, en dos generos las repartió Aristoteles, el Autor de todos el mas diligente, y llamólas bajo-volantes, y alto-volantes: nosotros nombramoslas azores, y falcones. Mas porque en aquellos tiempos esta arte del acetrería aun no era hallada, ni el uso de estas aves tan espeso, harto les pareció partirlas en dos linages, por la diversidad del vuelo. Pero los nuestros, que tienen esta arte en gran estima, hicieron en este genero muchas diferencias, *gavilanes, azores, gerifaltes, neblíes, sacres, alfaneques, baharies, tagarotes,* distinguiendolos, ó por la razon del plumage, por la orden del nacer ó naturaleza, presa, mantenimiento, y diversidad de costumbres.

Por el contrario en las abejas (animal tan familiar á nosotros, que ninguno es mas, el qual solo de los ceñidos fue criado por causa de los hombres) muchas cosas hay, que aun los Colmeneros de nuestro siglo no sienten, siendo de nuestros mayores caladas y conocidas.

Por qué el dia de hoy ninguno recoge de la castrazón sino miel, y cera? Pocos de los Medicos saben qué cosa es Propolis. Pues la Rhitaca, que era de los panales la miel mas estimada, y de virtud maravillosa para atraer, ni aun por sospecha saben qué cosa sea: yacleros, metys, y pisoceros, cosas de mucho provecho para las medicinas, del todo les son escondidas por virtud y nombre. Pues de aquellas cosas que están á la mano, y siempre fueron, muchas dice el Latin mas propiamente por una palabra, que nosotros por muchas. Como *Omen,* lo qual (á manera de decir) significa aquel aguero que tomamos de lo que alguno habló á otro propósito, si quisieremos volverlo en Castellano, apenas lo podremos hacer en muchas palabras. E si lo volviesemos en *alfil Toledano*, sería la interpretacion derecha, y Castellana; mas pocos entienden qué cosa aquello sea. E por el contrario, muchas cosas tiene nuestra lengua, la fuerza de las quales, aunque siente la Latina, no tiene una palabra, por la qual la pueda decir. Como de codo, nosotros decimos *codazo*, por lo que en el Latin se dice golpe de codo: *codear*, por lo que dar del codo. Pues si tanta mudanza há en los vocablos de las cosas que duran con la naturaleza, qué será en aquellas que cada dia halla la necesidad humana, ó

vitâte cérnimus. Hæc idcircò tam multis repetîta sunt, ut nemo mirêtur, si non semper Hispaniénsia Latínis, atque Hispánis Latína vocábula reddídimus. Nihil enim in utriúsque linguæ dictiónibus comparándis tàm præ nobis túlimus, quàm illud quod de lege interpretándi est à Cicerône dictum elegantíssimè: Verba non numeránda, sed ponderánda esse.

Neque otiôsum quis putet, quòd in eôdem ópere duo simul ópera edídimus. Nam illud quoque fuit nobis curæ, ut prospicerêmus ómnium utilitáti. Et eôrum qui ex Hispano sermône in Latînum venîre cúpiunt, & eôrum qui Latínos códices légere audent, necdum tamen illis cognitio Latínæ linguæ absolûta cóntigit. Volûmen tamen ipsum sub incredíbili quadam brevitâte contráximus, ne páuperes magnitúdo prétii ab emptiône, dívites verò fastidiósos umbílicus crássior à lectiône deterrêret: simul etiam quo facíliùs sub ala, atque in sinu, manúque gestâri & circúmvehi posset. Inscrípsimus autem, non qua cæteri arrogantia, Cathólicon, Pandéctas, Ceras Amalthéas, quod est universale comprehensórium, Cornucópiæ, appellántes; sed pleno verecundiæ título, Léxicon *Græcè, quod est Latinè* Dictionárium. *Tuæ verò amplitúdini dedicávimus, non qua fidúcia cymbalum illud mundi, Apion Grammáticus, qui dicêbat, illos à se immortalitâte donari, ad quos ópera sua componêbat; sed quo Phídias ille primus toreúticæ artis repértor, qui cum Atheniénsibus ex auro & ébore memoratíssimam illam Minérvæ státuam effingerent, noménque suum inscríbere non licêret, sui ipsius persímilem imáginem ita clypeo coagmentâvit, ut ea convúlsa, tota óperis colligátio solverêtur. Ego quoque pari ratiône cum vidêrem te géneris nobilitâtem à majóribus accéptam præclaríssimis tuis virtútibus multò illustriôrem reddidísse, noménque tuum apud nostræ Natiônis hómines immortâle futûrum: quia non póteram ego per me ipsum nobilitári, excogitávi ratiónem (ut ait Poëta) qua possem me humo tóllere, atque ipse fíeri immortális: & in título hujus Operis ita meum nomen cum tuo ferruminávi, ut álterum ab áltero divélli non posset. Ratiónes autem & arguménta quæ nos impulérunt, ut isto vel illo modò interpretarêmur, enarratiónes quoque vocabulôrum, & cæteras Grammáticæ partes in tria illa volúmina distúlimus, quæ iis de rebus sumus propédièm editúri; Opus magnum, diffúsum, atque várium, quippe quod ex quadringéntis círcitèr probatíssimis auctóribus conflátum est. Eratque mihi in ánimo illud in primis édere, nisi essem à te Princeps humaníssime quotidiáno propè convício exagitâtus, ut incíperem jam tandem aliquid emíttere, neque te diútiùs vana spe lúderem. Quemadmodùm ígitur amplíssimæ dignatióni tuæ debêbunt, qui áliquid utilitâtis*

ex

ó páre la lujuria, ó busca la ociosidad? De este genero son las vestiduras, armas, manjares, vasos, naves, instrumentos de musica y agricultura, y de quantas artes vemos en cada Ciudad muy rica y bastecida. Esto habemos asi largamente dicho, porque ninguno se maraville, si no siempre dimos palabras Castellanas á las Latinas, y Latinas á las Castellanas. Porque en cotejar las palabras de estas dos lenguas, ninguna cosa tuvimos mas ante los ojos, que lo que de la ley de la interpretacion muy hermosamente dijo Tulio: Que las palabras se han de pesar, y no contar.

Ni pienso que fue cosa demasiada, publicar dos obras en una mesma. Porque tambien miramos por el provecho de todos, asi de los que por la lengua Castellana desean venir á la Latina, como de los que ya osan leer libros Latinos, y aun no tienen perfecto conocimiento de la lengua Latina. Estrechamos eso mesmo el volumen debajo de una maravillosa brevedad, porque la grandeza del precio no espantase á los pobres de lo comprar, ni la frente alta del libro á los ricos fastidiosos de lo leer: y tambien porque mas ligero se pudiese traer de un lugar á otro en la mano y seno y só el brazo. Intitulamoslo, no con aquella soberbia que otros, llamandole Catholicon, Pandectas, cuerno de Amaltea, quiero decir, universal comprehensorio, Cuerno de la Diosa Copia; mas con titulo lleno de verguenza. *Lexicon* en Griego, que es *Diccionario* en Latin. Consagrélo á vuestra magnifica S. no con la fucia que aquella campana del mundo Apion Gramatico, el qual decia que daba inmortalidad á aquellos á quien intitulaba sus Obras; mas con la confianza que Fidias, el primer inventor del buril y sincel, el qual haciendo á los Athenienses aquella muy mentada estatua de Minerva de oro y marfil, como no pudiese escribir en ella su nombre, en tal manera trabó su mesma muy semejante imagen al escudo, que si le arrancasen, toda la trabazón de la obra se desatase. E asi yo por esta razon, viendo que con vuestras muy esclarecidas virtudes habeis hecho mas ilustre la nobleza que de vuestros mayores heredastes, y que entre los hombres de nuestra Nacion vuestro nombre no habia de morir: pues que yo por mí mesmo no podia ser ennoblecido, busqué un camino (como dice el Poeta) para me levantar del suelo, haciendome inmortal: y en el titulo de aquesta Obra en tal manera soldé mi nombre con el vuestro, que el uno del otro no se pueda apartar. Mas las razones y argumentos que me movieron á interpretar en una ó en otra manera, eso mesmo la declaracion de los vocablos, y otras partes de la Gramatica, diferimoslo para aquellos tres volumenes, que de estas cosas en breve tenemos de publicar; obra grande, copiosa, y de cosas diversas, fraguada quasi de quatrocientos muy aprobados Autores. E tenia en voluntad publicar primero aquella; si no fuera de vuestra magnifica Señoría perseguido, que comenzase yá á publicar alguna cosa, y no le burlase ya mas con vana

es-

ex hac mei Operis editiône percípient; ita par est ut tibi ímputent, si quid est à nobis præcipitánter, atque inconsideráté éditum. Sed antea quàm rem ipsam aggrediâmur, pauca nobis præmitténda sunt, quibus omnem nostram mentem circa dictiónes síngulas explicábimus.

esperanza. Pues asi como le quedarán obligados aquellos que recibirán algun provecho de la publicacion de aquesta Obra; asi es cosa justa que le carguen la culpa, si yo alguna cosa publiqué arrebatadamente y sin consideracion. Mas antes que comencemos el negocio principal, pondremos delante pocas cosas, por las quales en cada una de las dicciones declararémos todo nuestro pensamiento.

PRincipiò omnes dictiónes in differêntia esse quincúplici. Nam aut sunt Oscæ, aut priscæ, aut novæ, aut bárbaræ, aut probátæ. Osca sunt vocábula, quæ & Opica possunt appellari, quibus Osci atque Opici antiquíssimi Itáliæ pópuli usi sunt; sed quæ sæculum erudítius omníno damnâvit, atque ex usu penitùs exclûsit.

De quibus lib. I. *Oratoriârum Institutiônum Quintiliânus ait: Neque sint útique verba ab últimis étiam obliterátis tempóribus repetíta, quália sunt, prosápia, exantlâre, antegério, & Saliôrum cármina, vix suis Sacerdótibus intelléćta.*

Prisca verba (ut idem auctor inquit) ásferunt oratióni majestâtem áliquam non sine delectatiône. Nam & auctoritâtem antiquitâtis habent, & quia intermíssa sunt, grátiam novitáti símilem parant. Sed opus est modo, ut neque crebra sint, neque manifésta, quia nihil est odiósius affectatiône, quália multa légimus apud Plautum, Teréntium, Catônem, atque étiam ex junióribus Virgílium, & Lucrétium. Nova sunt, quæ probatíssimi auctóres ausi sunt in médium proférre, cùm ánteà non essent, ex Horátii memorábili præcépto:

—— lícuit, sempérque licêbit,
Signâtum præsénte nota prodúcere nomen. *Sic Cícero à beátus fecit* beátitas, & beatitûdo: *quorum álterum explôsum, álterum recéptum est. Sic nostra ætate Francíscus Philélphus* stápeda, *pro eo quod Hispánè dícimus* estrivo. *Cujus audáciæ quanquam est à plerísque reclamâtum, potest tamen excusari, quod nullum invênit Latinum nomen, quo posset significáre id quod volêbat: cum neque res ipsa fúerit apud antíquos. Sic & nos ipsi multa in hoc género sumus ausi: quibus ego ínterim cénseo uténdum, quoad meliôra ab áliis fúerint invénta.*

Bárbara sunt, quæ ex peregríno sermône ascíta, Latíno sermóni auctóres inseruérunt. Sic Virgílius ex sermône Germánico sumpsit cateja, *quod est jáculi genus. Sic ab Afris* magália, *quæ sunt casæ pastorítiæ. Sic Cícero à Sardis* mastrûga, *quod est vestis genus. Sic Juvenâlis* rheda, *quod est vocábulum Gállicum, significátque vehículi genus. Sed ut Quintiliânus ait, excusâtur hoc vítium, aut consuetúdine, aut authoritâte, aut vetustâte, aut dénique vicinitâte virtûtum.*

Probáta verò vocábula sunt habénda, quibus aucto-

PRimeramente, que cinco maneras hay de vocablos. Porque ó son Oscos, ó son antiguos, ó son nuevos, ó son bárbaros, ó aprobados. Oscos se pueden llamar, ú Opicos, aquellos vocablos de que usaron los Oscos y Opicos, Pueblos de Italia muy antiguos; mas condenólos de todo punto y echólos del uso el siglo mas enseñado.

De los quales dice Quintiliano en el primero libro de sus Oratorias Instituciones: No sean las palabras tomadas de los ultimos tiempos y ya olvidados, quales son: por generacion, acabar mucho, y los versos de los Sacerdotes Salios, que ellos apenas entienden.

Las palabras antiguas (como dice el mesmo Autor) dan al razonamiento alguna magestad con mucha delectacion. Porque tienen autoridad de lo antiguo, y por ser desusadas, tienen gracia como si fuesen nuevas. Mas es menester una templanza, que ni sean espesas, ni manifiestas: porque ninguna cosa es mas odiosa que lo exquisito: tales leemos muchas en Plauto, Terencio, Caton: de los mas nuevos, en el Virgilio, y Lucrecio. Nuevas son las palabras que los Autores muy aprobados osaron sacar á luz, no habiendolas enantes, por aquella notable regla de Horacio: *Fue licito, y siempre será sacar nombre del cuño, que se usa.* Asi Tulio de beatus, fizo *beatitas*, *y beatitudo*: de los quales el uno fue desechado, y el otro recibido. Asi en nuestros dias Francisco Filelfo fizo *stapeda*, por aquello que en Castellano decimos *estrivo*. A la osadía del qual aunque todos los mas reclamaron puedese escusar, porque ningun nombre Latino halló, por el qual diese á entender lo que queria: no siendo aquella cosa entre los antiguos. Asi yo mesmo en esta parte usé muchas cosas, de las quales entretanto me parece que deben usar, fasta que por otros se fallasen otras mejores.

Barbaras son las palabras, que tomadas de alguna lengua peregrina los Autores mezclaron al Latin. Asi Virgilio de la lengua Tudesca tomó *cateja*, que es asta para tirar. Asi de los de Africa *Magalia*, que son casas de Pastores. Asi Tulio de los Sardos *mastruga*, que es cierto vestido. Asi Juvenal *rheda*, que es palabra Francesa, y significa un linage de carro. Mas como dice Quintiliano, escusase este vicio, ó por costumbre, ó por autoridad, ó por vegedad, ó finalmente por alguna vecindad de hermosura.

Aprobadas son las palabras, de que usan aquellos

tores illi utúntur, qui floruérunt intra ducéntos círciter quinquagínta annos ab ortu Cicerônis ad Antónium Pium, hoc est, à centésimo ante natâlem Christi anno ad centésimum quinquagésimum, ex quo salûtem Christiânam numerâmus. De quo verbôrum génere Quintiliânus inquit, ut novôrum óptima erunt máximè vétera, sic véterum máximè nova. Ex probátis verò ália sunt usitâta, ália rara. Inter quæ rursus ália est differéntia, quod ália sunt poêtica, ália oratória, ália histórica. Auctóritas, ut idem Quintiliânus ait, ab oratóribus & históricis peti solet; nam Poëtas metri necéssitas excûsat.

llos Autores, que florecieron quasi dentro de docientos y cinquenta años, desde el nacimiento de Tulio, hasta Antonio Pio, quiero decir, cien años ante el Nacimiento de Christo, hasta ciento y cinquenta años despues de la salvacion de los Christianos. Del qual linage de palabras dice Quintiliano, que asi como de las nuevas son mejores las mas viejas, asi de las viejas las mas nuevas. De las aprobadas, unas son usadas, otras raras. Entre las quales tambien hay otra diferencia: que unas son poéticas, otras oratorias y históricas. El autoridad, como dice Quintiliano, de los Oradores y Historiadores se suele tomar; porque la necesidad del metro escusa los Poetas.

Quare vocábulis Opicis, atque bárbaris illis tantùm utêmur, quæ sunt ab Authóribus celebrâta, atque id quidem raríssimè, nec sine quadam ignomíniæ nota, addentes: Ut díxerim, Ut sic lóquar, & simília, *quibus sermônis improprietâtem excusâre consuévimus. Priscis verò, & novis rarò quoquè & cum verecúndia quadam, ut excussâre possîmus id fecísse aut in honórem antiquitâtis, aut necessitâte, cum dictiônem Latinam non habémus, qua id quod volumus, significâre possímus. Probátis verò, quæ sunt in usu frequénti, frequénter: raris, rarò: poëticis, in cármine tantùm; oratóriis verò & históricis, & prosa oratiône, atque in cármine indifferénter uténdum.*

Asi que de los vocablos Opicos, ó bárbaros solamente usarémos de que usaron los Autores, y aun eso pocas veces, añadiendo una señal de infamia: *Porque asi lo diga*, ó *A manera de decir*, ó *En semejante manera*, donde solemos escusar la impropriedad de lengua. De las antiguas, y nuevas pocas veces usarémos, y con verguenza, y que nos podamos escusar que lo hecimos, ó por honra de la antiguedad, ó por necesidad, quando no tenemos palabra Latina, por la qual digamos lo que queremos. De las aprobadas que están en el uso espeso, usarémos espesamente: de las raras pocas veces: de las poeticas solo en el verso: de las oratorias, y historicas en prosa, y en verso sin alguna diferencia.

Atque ut in tanta ambiguitâte lectôrem monêre possîmus, adjécimus cuique dictióni notam, qua censéri debet cujus sit órdinis. Nam Oscis Os, priscis pr, novis no, bárbaris bar, raris ra, Poëticis po; quibus verò nihil tale apposúimus, usitâta esse & oratória intelligendum est, nam Græcis recéptis æquè ac Latinis utêmur.

Y porque en tanta dificultad avisemos al Lector, añadimos á cada palabra una señal, por la qual se juzgue de qué orden es. E á las Oscas pusimos os, á las antiguas pr, á las nuevas no, á las bárbaras bar, á las raras ra, á las poeticas po, á las que ninguna cosa, entendemos, que son usadas y oratorias; porque de las recebidas de los Griegos usarémos como de Latinas.

Orthográphia verò quia simplex non est, atque, ut ait Quintiliânus, consuetúdini servit, & cum tempóribus sæpè mutâtur, litteratûram illam sequêmur, in quam pleríque authóres conséntiunt.

E porque el Ortographía no es sencilla, y como dice Quintiliano, sirve á la costumbre, y con los tiempos se muda muchas veces: seguirémos aquella razon de las letras, en que conciertan los mas de los Autores.

Quare meminísse debêbit is qui dictiônem áliquam requîret, posse illam scribi per vocâlem aspirâtam, vel exílem: vel per æ, vel œ dipthóngo, vel sine diphthóngo: per símplicem, aut dúplicem consonántem: per ch, ph, rh, th, aspirátas, aut per c, p, r, t, exíles. Itaque si orthographíæ rátio lectóri non satis constat, neque cessâbit ab inquisitiône, quoad omnes locos fúerit perscrutâtus.

Asi que el que buscáre alguna palabra, recuerdese que aquella se puede escribir con vocal aspirada, ó sotil, ó con æ, ó œ diphthongo, ó sin diphthongo: por sencilla ó doblada consonante: ó con ch. ph. rh. th. aspiradas, ó con c. p. r. t. sotiles. De manera, que si el Lector no tuviere cierta la razon de la Orthographía, no cesará de buscar, hasta que requiera todos aquellos lugares.

Inter i jota, & ypsilon, etsi tanta distántia est, quanta potest esse máxima inter duas vocáles: inter i prætérea & u, cum accipiúntur pro vocálibus & cum pro consonántibus scribúntur, tanta sit differéntia, ut inter duas quáslibet lítteras major esse non possit, nos tamen utrarúmque ordinem confúdimus. Prosódiam quoque est ejúsdem Quintiliáni senténtia in hunc modum designávimus, ut cùm líttera álium, vel álium intelléctum (prout prodúcta, vel corrépta est) facit, ambiguitâtem illam ápice distinguâmus, ut quia málus prima prodúcta, signíficat árborem, ápicem eídem imponâmus, ne putêtur significâre non bonum. Occido prætéreà, quia médiâ longâ sig-

Entre la i espesa, y la y sotil, aunque hay tanta diferencia, quanto puede ser la mayor entre dos letras vocales, y tambien entre la i y u, quando se toman por vocales, ó quando se escriben por consonantes, tanta diferencia hay, quanta no puede ser mayor entre dos qualesquier letras; pero nosotros confundimos la orden de las unas y de las otras. La Prosodia eso mesmo segun la sentencia de Quintiliano la señalamos en esta manera, que quando la letra (por ser luenga, ó breve) hace diversos entendimientos, quitemos aquella duda con un rasguito: como porque *málus*, con la primera luenga, significa el manzano, le

significat interfício, eâdem brevi cado, sive péreo, tanta errándi occásio tollêtur ápice, primæ aut secúndæ syllabæ impósito. Idem quoquè fécimus in dictiónibus illis, quæ pervérsè ab imperítis efferúntur, aut habéntur accéntus paulò reconditiôris. Nam in ómnibus id fácere, est quidem ineptíssimum; cum virtus & ars (quemádmodum ait Aristóteles) circa diffícile versêtur. Nemo enim ignôrat, quo accéntu dóminus efferâtur; quare id extra rationem artis erit. Sed quóniam indócti próferunt sínapis áratrum, Jácobus, Isídorus, & alia multa secúndâ syllabâ brevi, eâque eadem accéntu gravi, & è contrário bissínus, adamantínus, Origénes, Hermogénes penúltimâ acútâ, hic omnis labor, hoc opus artis est, tantam ignorántiam ex hóminum méntibus extirpâre.

le pongamos aquel rasguito: porque no piensen que significa *no bueno*. *Occido* tambien, porque con la de en medio luenga significa *matar*, y con aquesta misma breve *caer*, ó *perecer*, esta ocasion de errar se quitará, puesto el rasguito sobre la primera ó segunda sylaba. Esto mesmo hecimos en las palabras, que los que poco saben pronuncian al revés, ó tienen el acento un poco escondido. Mas hacer esto en todas es desvarío: porque (como dice Aristoteles) la virtud y el arte negocian en las cosas dificiles. Porque todos saben *dominus* con qué acento se pronuncia, y por eso está ya fuera de artificio. Mas porque los ignorantes pronuncian *sínapis*, *áratrum*, *Jácobus*, *Isídorus*, y otras muchas palabras, la penultima sylaba breve, y aquella mesma por acento grave: por el contrario, *bissínus*, *adamantínus*, *Origénes*, *Hermogénes*, la penultima aguda: este es el trabajo, esta es la obra del arte, quitar tan grande ignorancia del pensamiento de los hombres.

Quia verò potest quíspiam ambígere, quo accéntu dictiónes incógnitæ à plerísque proferúntur, ápice omnis ambigúitas illa tollêtur.

Ethymologíæ rátio, quam Cícero verilóquium interpretâtur, quamquàm latíssimè patet, ejus vim præcípuam ostendêmus, cùm dictiónis cujúsque intelléctum referâmus, quod alii fecérunt partìm obscúriùs, partìm neglígentiùs. Nam vocabulôrum oríginem, quóniam in hoc ópere spátiis iníquis exclúdimur, in áliud opus differre líbuit; tantùm adjéctus est nómini genitívus, & primæ positióni verbôrum secúnda persona singulâris inflecténdi modi, ut significarêmus, quotæ declinatiônis illa essent, hæc verò quotæ conjugatiônis: quæ res significatiônem plerúmque mutat. In áliis verò, quæ partes oratiônis essent, in compéndium scrípsimus.

Y porque podria alguno dudar, con qué acento se pronuncian las dicciones á pocos conocidas, toda aquella duda se quitará con aquel rasguito.

La razon de las Etymologías, la qual Tulio interpreta, *verdad de palabras*, aunque á muchas cosas se estiende, demostrarémos su principal fuerza, declarando la significacion de cada palabra, la qual otros hicieron escura ó negligentemente. Mas el origen de los vocablos, porque la estrechura de esta obra no lo sufre, plugonos de la dejar para otra obra; solamente añadimos al nombre su genitivo, y á la primera posicion del verbo la segunda persona singular de indicativo, para significar de qué declinacion era el nombre, y de qué conjugacion el verbo: lo qual muchas veces muda la significacion. Y en las otras escribimos por breviaturas, qué partes eran de la oracion.

MENDA QUÆ IRREPSERUNT.

Pag. 2. col. 2. lin. 42. *abditamento*, lege *additamento*. Pag. 3. col. 2. lin. 56. *qua*, lege *qual*. Pag. 5. col. 2. lin. 28. Erogatarius, lege Erogatorius. Pag. 42. col. 2. lin. 33. Afugio, lege Aufugio. Pag. 46. col. 2. lin. antep. instrumentuum, lege instrumentum. Pag. 126. col. 1. lin. 56. Duodequadraginta, lege Duodequinquaginta. Pag. 137. col. 2. lin. ult. erigion, lege eringion. Pag. 144. col. 2. lin. ult. inrerp. lege interp. Pag. 155. col. 1. lin. 59. *hijos*, lege *higos*. Pag. 510. col. 1. lin. 11. Monalium, lege Monialium. Pag. 546. col. 2. lin. 68. Murtina, lege Mutina. Pag. 594. col. 2. lin. 64. Tepsicore, lege Terpsichore. Pag. 615. col. 2. lin. 36. Atieza, lege Atienza. Pag. 617. col. 1. lin. 30. Ciudad, lege Villa. Pag. 741. col. 1. lin. 57. *abotivi*, lege *abortivi*.

ÆLII

ÆLII ANTONII NEBRISSENSIS GRAMMATICI, CHRONOGRAPHI REGII,

DICTIONARIUM LATINUM, HISPANICA EXPLANATIONE,

eademque vera, & germana, postrema hàc editione multò elegantiùs quàm unquàm anteà illustratum, non parva vocum accessione locupletatum, atque à quàm plurimis purgatum mendis.

A.

A VOCALIS in ordine Alphabeti nomen est litteræ primæ, non solùm Hebræis, Græcis, Latinis, Hispanis, & Arabibus, sed cæteris etiam gentibus, & nationibus, ut inquit *Divus Isidorus* lib. 1. Etym. *Hanc primùm litteram omnes mortales proferunt in ipso ortu.* Observandum tamen illud est, eodem modo proferri, & scribi à Latinis, & ab Hispanis: Hebræi autem, Græci, & Mauri aliter pronuntiant, aliter scribunt. Nam Hebræi dicunt *Aleph.* accen. in prima. Græci verò *Alpha.* Arabes denique *Aliph*, vel *Alipha.*

A. duobus punctis interposita designat *Aulus* prænomen.

A. apud veteres Romanos nota fuit absolvendi, sicut C condemnandi. Unde à Cic. *Salutaris littera dicitur.*

A. in comitiis Romanorum nota fuit reprobantis rogationem, id est, antiquo, vel antiqua sequor, sicut V. & R. admittentis, id est, uti rogat.

A. in notis litteris Bibliorum significat *Apile*, id est, comminatio. Isai. 38. A. *dispone domui tuæ*, &c. & *Jonæ* 3. A. *adhuc quadraginta dies*, &c. Consule Bibliot. Sanct. lib. 3. F. Sixti Senensis Dominicani.

A. vel ab, cum verbis passivis significat causam efficientem, vel ut aliis placet, personam agentem. Hisp. *De.* Hinc ablativus, apud Ciceronem vertitur in dativum.

A. vel ab, aliquando significant motum à loco. Hisp. *De.* ut *venio à Foro, à Villa, ab Urbe, ab Æthere.*

Unusquisque, unaquæque, unumquodque. *Cada uno.*
Unxia, Juno cognominata est ab ungendis uxoribus.

V ANTE O.

Vobiscum, *adverb. Con vosotros.*
Vocalis, e. *Cosa que suena, ó puede sonar.*
Vocalissimus. *Grande hablador, ó que resuena mucho.* Plin. Jun.
Vocabulum, i. *Palabra de cosa temporal, diction, ó vocablo.*
Vocabularium, ii, id est, dictionarium, G. Lexicon.
Vocalis, e. *Cosa que resuena, ó tiene voz*, ut Lyra.
Vocalis littera, id est, quæ *per se potest sonare.*
Vocalitas, tis. Hisp. *Consonancia.* Quint. lib. 1. cap. 5.
Vocaliter, *adverb. Llamando á voces.*
Vocabiliter, *jannam pulsare incipio*, dixit *Apul.*
Vocamen, inis, à voco, as. *La obra de llamar.*
Vocatio, onis, sive vocatus, us. *Aquella obra. El primero no he visto en Ciceron.*

Vocatio, pro *schola* quoque accipitur.
Vocativus, i, pro eo quod est *vocandi casus*.
Vocativus casus, *salutatorius* dicitur, eo namque *salutamus*.
Vocative, *adverb.* id est, per vocativum. *Gell.*
Vocator, oris, pen. prod. i. Accessitor voris. *El que llama á otro, que venga.*
Vociferor, pen. cor. aris, sive vocifero, as, pen. cor. *Dar voces, y gritar mucho.*
Vociferatio, onis. *Aquella obra de gritar.*
Voco, as, avi. *Llamar, ó nombrar.*
Vocifico, as. *Llamar, ó nombrar.* Gell.
Vocito, as, pen. cor. avi, frequent. ab eo quod *voco, as.*
Voconia, orum. *Un genero de peras.* Plin. lib. 15. cap. 15.
Vocula, æ, dimin. ab eo quod vox, vocis. *Pequeña voz.*
Voculatio, onis, à Gellio cognominatur accentus.
Voeritiæ, quædam naves sic dictæ. *Gell.*
Vola, æ, est medietas palmæ. *La palma de la mano.*
Vola pedis, medietas pedis est. *La planta del pie.*
Volantes, um, substantivè, pro eo quod *aves*, vel *volucres.* Virg.
Volare, pro ambulare. Virg. *Pascentes ille tamen prodire volando*
Volaticus, a, um, pen. cor. quod volat. Cicer. *O Academiam volaticam, &c.*
Volaticus Cupido dicitur, scilicet, quod amantes mutabiles
Volaticum dicitur, quod citò transit. August. *Amando volatica ludibria.*
Volatilis, e, pen. cor. *Cosa que vuela, ó puede volar.*
Volatura, æ, sive volatus, us. *Aquel vuelo. El primero no le he visto en Ciceron.*
Volemum pyrum. *Pera grande, que hinche la mano.*
Volentiam, Antiqui dicebant pro *voluntate.*
Volentia, æ, à *volendo* dicitur, sicut valentia, à *valeo.*
Volgiolum, i, instrumentum ad æquandam aream. *Plin.*
Volgivagus, a, um, idem quod *vulgivagus.* Lucret.
Volo, æ, terra culta est, & frugifera, nomen Etruscum.
Volo, as, avi. *Volar, propio de las aves.*
Volo, as, avi, per transl. *Se dice de otras cosas.*
Volito, as, pen. cor. avi, frequent. ab eo quod volo, as.
Volo, vis, volui. *Querer.*
Volitio, nis, apud Theologos. *La obra misma de querer.*
Volitus, a, um, apud Theologos. *Lo querido.*
Volo bene. *Bien querer.* Volo malè. *Mal querer.*
Volones, servi fuerunt, qui se militiæ offerebant.
Volsus, a, um, particip. à *volo, is,* pro eo quod *vulsus.*
Volsella, æ. *Las tenazuelas, ó pinzas para pelar.* Mart.
Volva, æ, extima pars cujusdam boleti gen. *Plin.* l. 22. c. 22.
Volubilis, e. *Cosa que se vuelve, ó puede volver.*
Volubilis. *La leche trezna de que se hace la escamonea.*
Volubilis. *La correguela.*
Volubiles. *Hombrecillos.*
Volubilitas, atis. *Aquella posibilidad de volverse.*
Volubiliter, *adverb.* *Pudiendo volverse.*
Volucer, cris, cre, pen. cor. *Qualquiera cosa que vuela.*
Volucris, is, pen. cor. *El ave, ó cosa que vuela.*
Volucripes, pedis. *Cosa que tiene ligeros pies.*
Volucra, æ. *El reboltón, que roe las vides.*
Volucrum in genitivo plurali, teste *Charisio*, citatque *Cic.* de Finib.
Volucrum, simplici, u. herba est, quæ Clymenon dicitur.
Volucrum, majus altera est herba, quæ Periclymenon.
Volvens, particip. passivè, pro *volubilis.*
Volumen, pen. prod. inis, pen. cor. *Cosa que se revuelve en sí misma.*
Volumen, pen. prod. inis, pen. cor. Hisp. *El libro.*
Volvo, is, volui, volutum. *Volver en rededor, y leer muchos Autores.*
Volvox, ocis, pen. prod. *El gusano reboltón*, idem quod convolvolus, & volucra.
Voluntas, atis. *La voluntad, potencia libre.*
Voluntarius, a, um. *Cosa de aquella voluntad.*
Voluntariè, *adverb.* *Voluntariosamente.*
Voluptabilis, e. *Plaut.* dixit pro *voluptuosus.*
Voluptas, atis. *El deleyte generalmente.*
Voluptas honesta. *El deleyte de la buena obra.*
Voluptas turpis. *El deleyte de la mala obra.*
Voluptatem ex connubio Cupidinis, & Psyches natam dicunt.
Volup, sive volupe, Antiqui dicebant pro *voluptas.* Plaut. Amphit.
Voluptuarius, a, um, vel potiùs voluptuarius, a, um. *Cosa deleytosa así.*
Voluptuosus, a, um. *Aquello mismo.*
Voluptor, aris. pro eo quod *voluptati indulgere.*
Volupto, as, avi, in Ecclesiatico legitur, pro *voluptor.*
Volutus, a, um, particip. ab eo quol *volvo, is.*
Volutio, onis, sive volutus, us. *La obra de volver.*
Voluto, as, pen. prod. avi, freq. à *volvo, is, volvi.*
Voluto, as pen. prod. *Revolcarse los animales.*
Volutatio, onis. *Aquella obra de volver á menudo.*
Volutabundus, a, um. *Cosa que mucho vuelve así.*
Volutabrum, i. *Revolcadero como de puercos.*
Voluptaris, e, pro eo quod est *volutatio* dicitur.
Volutim, *adverb.* *Revolcandose á sí, ó á otro.*
Volutatus, us. *Aquella de revolcarse así.*
Volutæ, ab architecturæ peritis appellantur Capreoli, in columnarum capitulis ex herbarum foliis nascentes. *Vitr.*
Vomax, acis. *Cosa que mucho vomita.*
Vomitor, ris. *El que vomita.* Plin.
Vomer, vel vomis, vomeris, pen. cor. in obliq. *La reja del arado*, quod terram vomere videatur.
Vomex, icis, & vomica, æ, pen. cor. *La vena, ó postema, que mana sangre, ó podre. De la primera declinacion lo usó Ciceron.*
Vomitio, onis, sive vomitus, us. *El vomito.*
Vomitorius, a, um. *Cosa para hacer vomitar.*
Vomitorium, ii. *Lugar de donde entra, ó sale mucha gente.*
Vomo, is, vomui, vomitum. *Vomitar.*
Vomito, as, avi, frequent. ab eo quod *vomo, is.*
Vomitus, arachneosini dicuntur Plin. *qui vomitionum excrementis conviscantur.*
Von, per *u*, & *o*, solutas, sive voyon, interp. sorbum.
Vopiscus, i, qui ex duobus gemellis superest solus.
Vopte, *Cato* dixit, pro eo quod *vos ipsi.*
Voro, as, avi. *Tragar lo que no se masca.*
Vorago, pen. prod. inis, pen. cor. in obliquo. *El tragadero, ó remolino de agua.*
Voraginosus, a, um. *Cosa llena de remolinos.*
Vorax, acis, pen. prod. *Cosa que mucho traga así.*
Voracitas, atis. *Aquella obra de mucho tragar.*
Voraciter, *adverb.* *Tragando mucho así.*
Voratrina, æ. *El tragadero, lugar de tragar.*
Vorsus, pro *versus*, sicut vertex, pro *vortex* olim dicebatur.
Vortex, cis, pro eo quod est *vertex* generaliter dicitur.
Vorticordia, dicta *Venus*, quod hominum corda verteret. *Scal.*
Vorticosus, a, um, pro eo quod *plenus vorticibus.*
Votus, a, um, particip. ab eo quod est *voveo, es.*
Vos, vestrum, vel vestri, *pronomen.* plur. num. à *Tu.* Hisp. *Vos.*
Vota suscipere, sive concipere. *Hacer votos.*
Vota nuncupare, pro eo quod *vota concipere.*
Vota Achillea, quibus quis imprecatur sui desiderium.
Voto gaudeo, dicitur *Apul.* pro ex animo gaudeo, constructio prisca.
Votivus, a, um. *Cosa prometida por voto.*
Votivus, a, um, pro *voto desideratum.* Apul. ad votivum conspectum, &c.
Votivum, prisci dicebant religione prohibitum, vel interdictum.
Voto, & votito, as. *Hacer voto.*
Votitus, a, um, idem est, quod *religione aliqua prohibitum.* Nonius.
Votum, ti, est voti sponsio qua obligamur Deo. Hisp. *Voto.*
Vota facere. Hisp. *Hacer votos.* Cic. de Arusp. respons.
Voveo, es, vovi, votum. *Votar, ú desear.*
Voto teneri, id est, voti reum esse, *Cic. ad Attic.*
Vovere caput pro salute patriæ, dixit *Cicer.* lib. 5. de Finib. pro *objicere se periculis pro salute patriæ.*
Vox, vocis. *La voz de animal propiamente.*
Vox, vocis. *La voz de otras cosas*, impropriè.

U ANTE P.

Upilio, onis, sive opilio, onis. *Pastor de ovejas.*

Upupa, æ, pen. cor. *El abubilla, ave.* G. Epops, opis.
Upupa, æ. *La barra para sacar piedra de la cantera.* Plaut.
Upupam etiam pro meretrice accipit *Plaut.*

U ANTE R.

Ura, æ, interp. cauda, æ. *La cola.*
Urachus, ci, pen. cor. Hisp. *La via, ó agujeruelo por donde sale la orina de la vejiga.* Galen. lib. 13. de Usu partium, & in tractatu de Confectione vulvæ.
Uræum, i, pars est thymni juxta caudam.
Uragum, dicebant Antiqui, orcum, quasi ab urgendo.
Uranos, u, interp. cœlum. *El Cielo.*
Uranisco, dimin. ab urano. *El paladar.* (Plin.
Uranoscopos, vel uranoscopus, pi, piscis quidam unoculus.
Urbanè, *adverb.* Hisp. *Graciosa, y Ciudadanamente.*
Urbanus, a, um. *Cosa perteneciente á Ciudad, ó cosa graciosa.*
Urbanitas, atis. *La crianza como de Ciudad.*
Urbaniciani milites, non tàm urbani sunt, & Romani, quàm ad urbem pertinentes.
Urbanicianus, a, um, ab urbe dicitur, pro *urbanus, a, um.*
Urbaniter, *adverb. A manera de Ciudad.*
Urbanatim, *adverb. A manera de Ciudad.*
Urbicarius, a, um, res ad *urbem pertinens*, undè:
Urbicaria procuratio à Jurisc. pro *urbana* dicitur.
Urbicula, æ, dimin. ab *urbs, urbis.*
Urbicus, a, um. *Cosa perteneciente á Ciudad.*
Urbina, æ, genus quoddam teli oblongi. *Plaut.*
Urbo, as, avi. *Señalar con surco algun lugar.*
Urbo, as, idem quod circundo. *Fest.*
Urbs, urbis. *La Ciudad en los edificios.*
Uruncus, i. *El grano menguado del trigo.*
Urceus, i, sive urceum, i, pen. cor. *El jarro de barro.*
Urceolus, sive urceolum, i, dim. ab *urceo.* Hisp. *Aguamanil.*
Urceolum, i. *El arcadúz para sacar agua.*
Urceolaris, herba a Romanis dicta est, quam herbariorum vulgus hodie parietariam, seu muralem appellant.
Uredo, pen. prod. inis, pen. cor. in obliq. sive urigo, inis. *La quemadura de arboles, ó plantas.*
Uredo, inis, morbus herbarum, arborum, fruticum est.
Urena, æ, piscis est. *Plin.* lib. 23. cap. 9.
Ureo, sive uresco, is. *Quemarse.* Absolutum.
Urigo, nis. *Quemadura de plantas.* Plin.
Urito, as. *Quemar á menudo.* Plaut. (sicam. *Cels.*
Ureter, is, fistula, per quam transit urina à renibus ad ve-
Ureticus, a, um, interp. urinæ incitativum.
Urgeo, es, ursi. *Apremiar, ó constreñir, ó insistir.*
Uri, orum, animalia quædam bobus similia. *Plin.*
Urica, æ, commune satorum omnium vitium. *Plin.*
Urina, æ, pen. prod. ab ureo Græc. Lat. Lotium
Urina genitalis, semen generativum. *Jun.*
Urina vini. *El vinagre.* Item urina bibentis solummodo vinum. *Paracels.* (Juv.
Urinale medicamentum, medicamen provocans ad urinam:
Urinearius meatus, fistulam per quam exit urina. *Jun.*
Urinatium, Lat. dici potest, quod Græc. Ureticon.
Urinor, aris, mergi, & super aquas natare. *Nadar á somorgujo.*
Urino, as, Antiqui dicebant, pro eo quod *urinor, aris.*
Urinator, oris. *El nadadar, á somorgujo, y el Buzano.*
Urinatrix, icis. *El somorgujon, ave conocida.*
Urinatio, onis. *La obra de nadar á somorgujo.*
Urinum ovum. *El huevo que sale huero.*
Urion, terræ genus. *Plin.* lib. 33. cap. 4.
Urna, æ. *El cantaro, ó vasija para sacar agua.*
Urna litterata dicitur à *Plaut.* quæ domini nomen continebat.
Urna, ex eo dicitur, quod urinat in aqua haurienda, & mergatur.
Urna dicitur, in qua mortuorum cineres condebantur.
Urnulæ, æ, pen. cor. dimin. ab eo quod est urna, æ. *Cantaro*
Urnalis, e. *Cosa perteneciente á aquella vasija.* (*pequeño.*
Urnarium, ii. *El lugar donde se pone.*
Urnator, oris. *El que saca agua por aquella vasija.*
Urpix, cis, instrumentum rusticum. *Calep.*
Uro, uris, ussi, ustum. *Quemar, ó apretar.*
Uropigium, i, vel potius, (ut apud *Pollucem* legitur) Orropigyum. *El obispillo, ó rabadilla del ave.*
Urox, Græc. Lat. interp. Lotium, ii, sive urina, æ.
Ursus, i, & ursa, æ. *El oso, ó la osa.* G. Arctos.
Ursinus, a, um, pen. prod. *Casa perteneciente á oso, ú osa.*
Ursulus, & ursellus, li, dimin. ab ursus.
Urtica, æ, pen. prod. *La hortiga.* G. Enide, es, vel acaliphe.
Urtica, æ, pen. prod. piscis quidam est, qui Græc. quoque acaliphe.
Urticalabeo, à Latinis dicitur, quæ à G. Staphiloma.
Urvus, a, um, idem est, quod sursum versus reflexum. *Fest.*
Urvus, i. *Animal grande*, in Germania proprium. *Buey sylvestre.*
Urvum, i. *El surco que hace el arado.* Hieron. 23.
Urvus, i. *La parte tuerta, ó corcovada del arado.*

U ANTE S.

Usias, as, pen. prod. & etiam cor. *Entre nosotros*, Latin. interp. essentia, vel potius substantia. *Sustancia, sugeto de los accidentes. La esencia de una cosa.*
Usio, onis, pro usu, sive usura, ponitur à *Gel.*
Usitor, aris, frequent. ab eo quod est *utor, eris.*
Usitatio, onis. *Aquella obra de mucho usar.*
Usitatus, a, um. *Cosa usada, y acostumbrada.*
Uspiam, *adverb.* loci. *En algun lugar.*
Usque, præpositio accusativi. *Hasta.*
Usque, & usquequaque, pro eo quod *semper.*
Usque adeò, vel usque eo, sequenti ut, pro eo quod *in tantum.*
Usque adhùc, *adverb.* loci, sive temporis. *Hasta aqui.*
Usquequò, *adverb.* temporis. *Hasta quando.*
Usquàm, *adverb.* loci. *En algun lugar.*
Usquàm, *adverb.* quoque. *A algun lugar.*
Ustio, onis. *Aquella obra de quemar.*
Ustor, oris, & ustrix, icis. *El que, ó la que quema.*
Ustrigo, inis, *Ambrosio* dicitur, quæ *uredo*, id est, *Ardor.*
Ustrina, æ. *El lugar donde algo se quema.*
Ustrina, æ. pro eo quod *crematio*, sive *exustio* dicitur. *Apul.*
Ustulatus, a, um. *Cosa chamuscada.*
Ustus, a, um, particip. ab eo quod *uro, is, ussi.*
Ustulo, as, pen. cor. avi. *Quemar, ó chamuscar.* (Jupiter.
Usuaria, uxor dicitur Plaut. *Cujus usuram, & usum capiebat*
Usuarius puer, cujus opera, & ministerio utimur.
Usuarius *Jurisc.* dicitur, is, cui usus legatus est.
Usuarius servus, vel ancilla, quorum usus sit legatus.
Usucapio, onis. *La posesion continuada.*
Usucapio, is, usucepi. *Continuar posesion.* (sem.
Usura pro usu. Cic. *Huic latroni unius diei usuram non dedis-*
Usurpatio, nis. *Uso luengo.* Cic.
Usura, æ. *El logro, usura, ó el uso.*
Usurarius, a, um. *Cosa perteneciente á usura.*
Usurarius, ii. *El que tiene uso de alguna cosa.*
Usurarius, ii. *El logrero, ó renovero.*
Usualis, le. *Cosa perteneciente á uso.* Martian.
Usitatè, *adverb. Segun la costumbre.* Cic.
Usurpo, as. avi. *Uso de lo ageno.* (sus.
Usus, us. *El uso justo.* Item, *el provecho*, ejus oppositum. Abu-
Usus est, pro opus est. *Cic. de Fin. & Tusc. & Offic.*
Usu venire. Hisp. *Acontecer, suceder.*
Usufructus. *El usufruto de la heredad.*
Usufructuarius. *El que tiene aquel usufruto.*

U ANTE T.

Ut, conjunctio causalis, ut *venio*, ut *comedam.*
Ut, *adverb.* pro eo quod *postea quam.*
Ut quid. *Porque.* Cic.
Ut est, pro ut nunc est. *Cic. de Clar. Orat.*
Ut, pro quamvis, vel etiamsi. Cic. *En muchos lugares.*
Ut, *adverb.* quoque optandi, *pro utinam.*
Utcumque. Hisp. *Como quiera que.*
Utensilis, e. *Albaja, ó cosa para usar.*
Uter, pro uterus. Gel. *Nunc uter crescit, non potest celari.*
Uterculus, i, pro *pusilla vesica* accipitur quoque.
Uter, utris. *El odre para vino, ó zaque.*

Uter, uteris, aliquandò accipitur pro *utero mulieris.*
Uterculus, i, dimin. ab eo quod est *uterus.*
Uter, a, utrum. *Uno qualquiera de dos.*
Utercumque. *Qualquiera de dos.* Gel.
Uterlibet, idem quod *utercumque.* Cicer.
Uternam, idem. *Terent.*
Uterus, i. *El vientre donde concibe la muger.*
Uterus in fœmina junctus est vesicæ, qui dicitur matrix.
Uterus, alio nomine, Auctore *Plin.* loci appellantur.
Uterus, inquit *Serv.* mulierum est Alvus, qua sordes effluunt.
Uterinus, a, um. *Cosa de vientre.*
Uterini fratres. *Hermanos de vientre.*
Uterque, utraque, utrumque. *Entrambos á dos.*
Uti, particula similitudinis. *Asi como.*
Utibilis, e. *Cosa que se usa, ó puede usar.*
Utilis, e. *Cosa provechosa para algun fin.*
Utilitas, atis. *Aquel tal provecho.*
Utiliter, *adverb. Provechosamente asi.*
Utinàm, *adverb.* optandi. *O si, ú ojalá.*
Utiquè, pen. cor. *adverb.* affirmandi, pro eo quod *certè.*
Utor, eris, pen. cor. usus. *Usar de alguna cosa para otra.*
Utor, fruor. *Usar de algo, gozar, y aprovecharse de ello.*
Uti aliquo valde familiariter. *Tener muy estrecha, y particular amistad con alguno.*
Utpotè, pen. cor. particula expositiva. *Asi como.*
Utputa, pen. cor. particula quoque expositiva. *Lo mismo.*
Utrarius, ii. *El que lleva el vino en frascos, ó botas.* Liv.
Utrem cedis, proverb. dicitur, qui ebrium percutit, qui vacuus cerebro, vel dicitur cùm quis ebrium percutit, qui plenus est vino.
Utricida, verbum formatum ab *Apul.* ex eo quod uter, & cædo.
Utricularis tibia. *La gayta.* Jun.
Utris pediculum, vel amicitum. *El piezgo de los odres.*
Utriculus, i, dimin. ab uter utris. *El odrecillo.*
Utriculus, i. *La madre, miembro en la muger.*
Utricularius, ii. *El Gaytero.* G. Ascaules, æ.
Utrinque, *adverb. De ambas á dos partes.*
Utribi, *adverb.* loci, idem significat, quod *quonam in loco.* Nevius.
Utrobi, sive utrobique, pen. prod. *adverb. En ambas partes. El primero no he visto en Ciceron.*
Utrolibet, *adverb.* loci. *En qualquiera parte.*
Utrovis, *adverb.* quoque loci. *Lo mismo.*
Utroquè, *adverb.* quoque. *Aquello mismo.*
Utrò, *adverb. En alguno de dos lugares.* Plin.
Utrùm, *adverb.* modo interrogantis est. *Qual de dos.* Plaut.
Utroque versum. *Acia ambas á dos partes.*
Ut ut. *Como quiera que.*

U ANTE V.

Uva, væ. Hisp. *Uba.* Cicer. de Senect.
Uva passa ex uva superiori. G. Staphyle.
Uva ex vite sylvestri, i. *Labrusca.* G. Oonante, es.
Uvæ marcidæ dicuntur, quæ *flaccidæ*, sive *languidæ sunt.*
Uvæ mollares dicuntur, quia *rectè fictilibus* observantur.
Uva tamina, i. Saphis agria. Hisp. *Avarraz.*
Uva lupina, herba quæ pes gallinaceus. Græc. Caucalis. Hisp. *Quijones.*
Uva, oculi morbus à G. Staphyloma appellatur.
Uva apiana. *Uba que llaman moscatél.*
Uva passa. *Las ubas pasadas.*
Uva, æ. *La hinchazón del gallillo.* G. Staphyle.
Uva apum. *El enjambre colgado de arbol.*
Uva dæmonis. *Una hierba, que se enrama como yedra.*
Uva canina. *Hierba mora.* (test.
Uvea, veæ. *La sarreta, pelleja del ojo,* quæ & acinosa dici po-
Uvesco, is, pro eo quod est *humesco, is, humidus fio.* Lucr. l. 1.
Uveus, a, um, quod ex uva fit. *Mosto.* Calep.
Uvifer, a, um. *Que trae uba.*
Uvidus, a, um. *Cosa humeda, y mojada.* Col. lib. 3. cap. 2.
Uvidulus, a, um, dimin. ab eo quod uvidus, a, um.

Vulcanalia, orum. *Fiestas eran de Vulcano.*
Vulcanius, a, um. Hisp. *Cosa perteneciente á Vulcano.*
Vulga, sive vulga, æ, pro *receptaculo*, sive pro *bursa.* Hispan. *Bolsa.*
Vulgaris, e, sive vulgarius, a, um. *Cosa comun. El segundo no he visto en Ciceron.*
Vulgaritas, atis. *La comunidad del Pueblo.* Arnob.
Vulgariter, sive vulgò, *adverb. Comunmente.*
Vulgator, oris. *El que divulga, ó publica.* Ovid.
Vulgivagus, a, um. *Cosa que anda en el Pueblo.*
Vulgo, as, avi. *Divulgar, ó publicar.*
Vulgatio, onis. *Aquella obra de divulgar.*
Vulgatus, a, um. *Comun.*
Vulgus, i, genere neutro, & aliquandò gener. masc. *El Pueblo de los menudos.*
Vulgò. *adverb.* pro passim per omnes, & catervatim. *Comun, y vulgarmente.*
Vulgo concepti dicuntur, qui *patrem incertum habent.*
Vulnerarius, ii. *El que cura llagas, ó Cirujano.* Plin.
Vulnus eris. *La llaga fresca que tiene sangre.*
Vulnus hiare dicitur, quo patet, *apertumque est,* & *laxum.*
Vulnusculum, i, dimin. ab eo quod *vulnus.*
Vulnerarius, a, um, pro eo quod ad *vulnus pertinens.*
Vulnificus, a, um. *Cosa que hace llaga de herida.*
Vulnero, as, pen. cor. avi. *Llagar hiriendo.*
Vulneratio, onis. *Aquella obra de llagar.*
Vulpanser, avis, vulpi, & anseri similis. G. Chenalopex.
Vulpes, is. *La raposa, zorra.* G. Alopex.
Vulpecula, æ, pen. cor. dimin. ab eo quod *vulpes, is.*
Vulpes marina piscis est. G. dictus Alopex.
Vulpes quoque, constellatio est in cœlo.
Vulpes munere non capitur, de iis dicitur qui non facilè donis capiuntur.
Vulpinari est mendaciis, fraudibusque vera pervertere.
Vulpinare cum vulpe, proverb. *cum astutiis agito.*
Vulpinari, à *vulpe* dicitur, quod nullum animal fraudulentius.
Vulpinus, a, um, pen. prod. *Cosa perteneciente á raposa.*
Vulpinaris, e, pro eo quod est *callidus*, sive *astutus.*
Vulpio, onis, pro eo quod *palpo*, sive *adulator* dicitur.
Vulpis cauda. *El alpiste, hierba.* G. Alopecuros.
Vulsella, æ. *Tenazuela, ó pinza.*
Vulsus, a, um, particip. à *vello, vellis, velli, vulsi.*
Vulsura, æ, sive vulsio, onis. *La obra de arrancar.*
Vultuosum, *triste* significat, sive *indignabundum.*
Vulticulus, i, pen. cor. Hisp. *Gestillo, ó rostro, ó gesto pequeño.* Cic. ad Attic. lib. 14.
Vultuosè, *adverb.* pro vultu indignabundo, molestave gesticulatione. *Don.*
Vultures dicuntur raptores bonis defunctorum inhiantes.
Vultures transmarina cadavera sentiunt, & triduo illuc pervolant. (pere.
Vultures, inquit *Ambr.* sine ullo masculorum semine conci-
Vultur, uris, pen. cor. in obliq. sive vulturius, ii. *El buitre.*
Vulturius, ii, sive vulturis, is, olim declinabatur. *No le he visto en Ciceron, de la tercera, sino de la segunda.*
Vulturii togati, dicuntur. *Apul.* Causidici, oratoresque forenses à rapacitate, qua utuntur.
Vulturis, Antiqui dicebant, pro eo quod *vultur.*
Vulturinus, a, um, pen. prod. *Cosa perteneciente á buitre.*
Vulturnus, i. *El viento de donde nace el Sol en el Invierno.*
Vultus, us. *El gesto de la cara, triste, ó alegre.*
Vultuosus, a, um. *Cosa con gestos, ó visages torcidos.*
Vulva, æ. *El vientre donde conciben las hembras.*
Vulva, æ. *El presunto, ó ubre salada de la puerca.*
Vvor, oris. *La humedad de parte de dentro.*
Vvula, æ, dimin. ab *uva* cum accipitur pro *morbo.*

U ANTE X.

Uxor, oris. *La muger casada generalmente.*
Uxor usuraria. *La muger casada como manceba.*
Uxor confarreatione. *La muger con Sacerdote.*
Uxor coemptione. *La muger propia, i,* mater familias.

Uxo-

Uxoris, a, um. *Cosa pertenneciente á estas mugeres.*
Uxoris maritus, dicitur, i. *uxoris nimis amator.*
Uxor, *ab augendo* dicta est, *Auctore Masurio.*
Uxores hircorum dicuntur capræ, mariti vero caprarum hirci.
Uxorcula, æ, dimin. ab *uxor*, apud *Calep.*
Uxorculus, i, dimin. etiam ab eo quod est *uxor, oris.*

X.

X. Littera semivocalis est, quæ vim duplicis consonantis habet.
X. inter duo puncta in numeris designat decem.
Xanthenes, gemma quædam. *Plin.*
Xanthicus lingua Maced. Mensis April. 2. *Mach.*
Xanthion herba est, quæ Lat. dicitur Lappa.
Xanthos, u, gemma quædam est. *Plin.* lib. 37. cap. 10.
Xanthus, a, um, interp. flavus, a, um.

X ANTE E.

Xenectum est præservativum externum contra pestem collo appensum. *Paracels.*
Xenium. *El presente del huesped.*
Xenia, inquit Ecclesiastes, excæcant oculos judicum.
Xeniolum, dimin. ab eo quod *xenium, ii.*
Xeniis, non in totum abstinendum *Jurisc.* præcipit.
Xenius Jupiter, i, qui dat jura hospitibus.
Xennephidei, sunt spiritus, quibus concessum est delitescentis naturæ proprietates occultas hominibus aperire. *Paracels.*
Xenodochium, ii, pen. prod interp. hospitium amici.
Xenon, onis. *Aquella misma posada de amistad.*
Xenoparochi, orum. *Los Curas de los Hospitales.* Arcad.
Xenoparocæus. *El huesped que recibe asi.*
Xenos, interp. hospes. *El huesped de amistad.*
Xeralaphia, unguentum siccum, sine lotione.
Xerampelinæ vestes, ad usum matronarum fuere. *Probus.*
Xerampelinæ, inter coccineum colorem, & muriceum erant.
Xerampelinæ etiam dicuntur, quæ Lat. Atrabaticæ, id est, ni (græ.
Xeria, emplastrum siccum.
Xeromyrum, ri, unguentum siccum.
Xerolophus, sepulchretum mortuorum, ubi siccantur, & unguntur.
Xera, æ. *El retrete, ó estudio.*
Xerophthalmia, æ, interp. siccus occulorum morbus. *Cels.* lib. 6. cap. 6.
Xeromyrta, interp. myrrha sicca.
Xero, interp. ariolus, sive siccus.
Xesta, æ. *Peso, ó medida de libra y media.*

X ANTE Y.

Xyloaloe, es, lignum aloes, G. Agalochum. Hisp. *Linaloe.*
Xylobalsamum, i. balsamum est ex ligno balsami factum.
Xylobalsamum linum dicunt, surculumque balsami. *El balsamo de la madera.*
Xylobalsamum, pro ipso succo substituerunt officinæ.
Xylocynamomum, i, cynamomi arbusculi lignum.
Xylocassia, æ. *Canela.*
Xylococcum, interp. lineum coccum.
Xylocynnamum, i. *Canela de la madera.*
Xylolotus, sive xylopetalium, idem quod quinque folium.
Xylon, i, interp. lignum. *La madera.*
Xylon, mensura est ligna trium cubitorum apud *Did.* ad *Diosc.*
Xylopechion, lignum est cubiti mensura.
Xylophagus, pen. cor. vermis est in Ponto, qui vescitur ligno.
Xyloptorus, vermis est à corrumpendis lignis dictus.
Xylus, i. *Un cierto genero de lino.*
Xylinum, i. Hisp. *Un cierto genero de lino muy preciado.*
Xylinus, a, um. *Cosa de materia de aquel lino.*
Xyphias, æ, genus quoddam es cometæ, ut gladius.
Xyphias, piscis est qui gladiolus, cui rostrum mucronatum est.
Xyphidion, sive phasganion herba est gladiolæ similis.
Xyphion, sive phasganos. G. interp. gladiola herba.
Xyphios, interp. ensis. *El cuchillo.*
Xyphomachera, æ. *La espada de dos manos.* Jun.
Xyrida, herba est, quæ Xyris, idis. *Diosc.*
Xyris, idis, herba est, quæ iris agria, vel agrestis, sive gladiola. *Lirio montesino.*
Xirotheca, æ. *La caxa del Barbero.* Jun.
Xysinum, ni. *Vinagre.* Paracels.
Xysma, atos, strigmentum, interp. rasura, vel ramentum.
Xystarcha, æ. idem quod Gymnasiarcha.
Xystis, idis, tunica talaris, vel muliebris, vel prætenuis, vel tragicum indumentum.
Xystius, ii, gemma quædam. *Plin.*
Xystus, i, interp. porticus ampla exercitiis parata.
Xysticus, a, um, pro eo quod est ad *xystum pertinens.*
Xysticus, i, dicitur, qui se in xysto exercet.

DE INCIPIENTIBUS AB YPSILON NULLA dictio invenitur, nam semper ponuntur cum aspiratione.

Y.

Y. Græcorum vocalis est, qua in illorum dictionibus scribendis tantùm utimur.

Z.

Z. Littera Græca est, qua in Latinis dictionibus non utimur.
Zaba, æ. *Loriga.*
Zaborna, æ. *Estante de libros.*
Zadura, æ, semen absynthii. *Jun.*
Zahafaram, nomen Arabicum. *Azafran.*
Zalia, idem est quod laurus Judæa, sive Alexandrina ex *Diosc.*
Zamia, æ, quæ G. Zemia, interp. Damnum.
Zamia, æ. *La piña, que se binche en el arbol.*
Zaphyris, pis is quidam.
Zathene, es, gemma quædam est. *Plin.* 37.

Z ANTE E.

Zea, æ, sive chondros, interp. semen, alica, ab Hisp. *Spelta.*
Zeg viride, atramentum sutorium. *Jun.*
Zelo, as, avi, zelor, aris. *Haber zelos, ó zelar.*
Zelotes, æ, interp. æmulus, vel zelator, oris.
Zelotypa, æ, uxor adultera. *La zelosa, ó la envidiosa.*
Zelotypia, æ, ægritudo est, eo quod *alter potiatur*, quod concupiveris. *Aquella disposicion de zelos.*
Zelotypeo, interp. invideo, es, di.
Zelotypus, pen. cor. maritus dicitur, qui anxius est, ne alter potiatur uxore. *El zeloso, ó el envidioso.*
Zelus, in malam partem. *Odio.* Joann.
Zelus in bonam partem. *Amor.*
Zelus, i, interp. æmulatio, onis. *Los zelos.*
Zenith. *El punto del firmamento sobre cada uno, en qualquiera parte que esté.*
Zeopyron, i, frumentum simile tritico, & speltæ.
Zephyrus, i, interp. Favonius ventus. (no.
Zephyrus duobus temporibus spirat scilicet Vere, & Autum-
Zephyrus genitalis spiritus amandi, à fovendo dictus est.
Zephyria ova, i, subventanea, vel sine semine.
Zereth, mensura quædam Hebræorum quinque digitorum.
Zeros, gemma quædam est. *Plin.* lib. 37. cap. 9.
Zeta, æ. *Cajon de libros.*
Zeta, æ. *El Retrete, ó Estudio.*
Zetema, atis, per eta, utrobique, interp. quæstio.
Zeta, æ, ædificium in modum Zetæ Græcæ litteræ.
Zeta, æ, ultima littera est in alphabeto nostro.
Zetetula, æ, dimin. ab eo quod zeta, æ.
Zetula, æ. *Cajoncillo.* (interp.
Zeugites calamites. à *Theod.* ex *Theoph.* arundo armentaria,
Zeugita, calamus aucupatorius dicitur. *Plin.* pro Ixgita.
Zeugma, atos, interp. vinculum, sive conjunctio.
Zeugma, atos, figura est nota Grammaticis, cum plures sensus uno verbo connectuntur.
Zeus, piscis est, qui Latin. interp. Faber.
Zeuzus, i, idem quod quadratum.
Zezyphon, onis. *Un genero de arbol.* Colum. lib. 9. cap. 17

Z ANTE I.

Zyga, ordo medius est remigum in navi.
Zygena, æ, piscis quidam *Arist.*
Zygitæ, ex remigibus dicebantur, qui medio sedebant loco. *Calep.*
Zygia, G. Lat. Carpinus arbor, interp. Hisp. *Carpe.*
Zygii, sive zygite, dictæ illius ordinis remiges.
Zygii equi, qui jugum subeunt.
Zygia tibia, dicitur *Apul.* quasi conjugalis, sicut Junozigia.
Zygia, & jugalis dicitur Juno, Virg. *Junoni in primis cui vincula jugalia curæ.*
Zygia, idem est quod serpillum ex *Diosc.*
Zygnyx, ydis, lacerta minor. *Arist.*
Zygon, interp. *jugum & navis, transtra.*
Zygon, quoque interp. jugum generaliter.
Zygon, præterea dicitur signum Libræ in cœlo.
Zygona, piscis est, qui Lat. dicitur Libella.
Zygostates, is. *El fiel del peso, ó medida.*
Zyme, es, vel zymites, tæ, pen. prod. interp. fermentum. *La levadura.*
Zinziber, species est aromatica. Hisp. dicitur *Gengibre.*
Zinzulo, as, quarundam avium est vox.
Zythum, vel zyntus, potio est frugibus ab Ægypto excogitata.
Zythium, i. *La cerbeza de trigo, ó cebada.*
Zizanium, ii, neutri gen. *El zoyo, ó zallici. Hallase de este genero muchas veces en las sagradas letras.* Matth. cap. 13.
Zizania, pen. cor. barbarum est, interpretaturque lolium.
Zizipus, i. *El azufayfo, arbol conocido.*
Ziziphum, i. *El azufayfo, ó azufayfa, fruto de él.*

Z ANTE M.

Zmyrno, sive Smyrna, dicitur, quæ sit myrrha.
Zmyrneum olus, pro eo quod est *Smyrnæum.*
Zmilaces, gemma quædam. *Plin.* lib. 37. cap. 10.
Zmilium, collyrium est. *Cels.* lib. 6.

Z ANTE O.

Zodia, orum, Zodiaci signa.
Zodion, interp. animal, alis. *El animal.*
Zodiacus, pen. cor. circulus signorum ab animalibus. Hisp. *(Zodiaco.*
Zoe, zoes, interp. vita. *La vida.*
Zœlicum, ci, genus lini, ex quo conficiuntur retia ad captandas aves.
Zomarition, veratrum nigrum magi vocant. *Diosc.*
Zona, æ. *La cinta.* G. Zone, es.
Zonæ quinque in cœlo, dicuntur illa segmenta cœli.
Zonarius, ii. *El que hace cintas, pretinas, ó correas.*
Zonatim, *adverb.* pro eo quod zonis.
Zonarius sector. *El ladron corta bolsas.*
Zonarius, ii. *El que hace cintas, ó talabartes.* Cicer. pro Flac.
Zonitis, pen. prod. idis, cadmiæ quoddam genus in æreis fornacibus.
Zonula, æ, dimin. ab eo quod *zona, æ.*
Zoographia, æ, animalium pictura.
Zoographus, i, animalium pictor.
Zoon, per omega. interp. animal, cum accentu in prima.
Zoonychon, herba eadem cum leontopodio. *Diosc.*
Zoophyton, animal ex parte, & ex parte planta.
Zooptalmos, herba est. *Plin.* lib. 24.
Zootocon viviparum, interp. à *Theodoro ex Arist.*
Zopyri talentum, proverbium de eo qui seipsum lædit, ut aliis benefaciat.
Zopiros, idem est, quod *Clinopodion ex Diosc.*
Zopissa, æ, resina cum cera ex navibus derasa, quam aliqui Apochima appellant.
Zoronysios, gemma quædam magicis in usu.
Zoster, eris, genus ignis sacri hominem cingens.
Zoticus, a, um, interp. vitalis, à *Zoe*, vita.

Z ANTE U.

Zucomarin. *El cucumbre, ó melón.* Offic.
Zura, æ, semen est paliuri, *Auctore Plin.*
Zutum, compositio est ex git. *Galeno.*

FINIS.

Index verborum veterum, & raró usitatorum apud Terentium. Primus numerus, Actum: secundus, Scenam: tertius, Versum indicat.

Con-

Nul-

VERBA LEGUM XII. TABULARUM, JUXTA SERIEM Rivallianæ editionis.

DE SUMPTIBUS FUNERUM, ET SEPULCHRIS.

In Urbe ne sepelicto, ne utito, ne facito rogum, ascia ne polito.

Mulieres genas ne radunto, ne ve læssum funeris ergo habento.

Homini mortuo ne ossa legito.

Rogum bustum ve novum, invito domino, proprius ædes alienas sexaginta pedes adducito.

Vestibulum sepulchri, bustum ve in usu capito.

Ploratus, & lamentationes in funere suo latæ sunto.

De-

Defuncti injuria, ne afficiuntor.

Si injuriam alteri faxit, viginti quinque asses æris pœnæ sunto.

DE INJURIIS.

Re persona, à tempore, loco, atrociores, injuriæ judicantur.

DE TERMINO NON EXCEDENDO.

Si qui sepem, vel maceriam juxta alterius regionem effoderint, terminum non excedunto.

Si autem murum, pedem unum; si domum, duos pedes relinquunto.

Si verò sepulchrum, aut foveam effoderint, quantum sit profundum tantundem relinquunto.

Olivam autem, aut ficum, novem pedes ab extranea regione plantanto.

In cæteris autem arboribus quinque pedes servanto.

DE JURE FILII.

Filius arte carens patris incuria, eidem necessaria vitæ subsidia ne præstato.

Aliqui parentes educare cogitor.

E meretrice natus patrem non alito.

In decimo mense, legitimus infans nascitur.

DE ADULTERIO, ET STUPRO.

Mœchum in adulterio deprehensum necato.

Vim ingenuæ virgini inferre, aut persuasione in tuam sententiam trahere, caveto.

Sororem, aut filiam in stupro deprehensam vendito.

DE DAMNO SINE INJURIA FACIENTIS DATO.

Si quadrupes pauperiem fecerit, animal quod comus sit, noxam dato, aut noxæ æstimationem ferto.

DE FURTO.

Furem, qui manifesto prehensus erit, si furtum, aut noctu faciat, aut interdiù, cum prehenderetur, se telo defendat, occidito.

E cæteris manifestis furibus, liberos verberato, & ei, cui luci factum furtum fuerit, si telo se non defendat, addicito.

Servos autem manifesto furto prehensos, verberibus afficito, & è saxo præcipitato.

Pueros impuberes, Prætoris arbitratu, verberato, noxamque ab is factam sarciri, facito.

Furta, quæ per lancem, liciumque concepta erant, sicut manifesta vindicato.

Tignum alienum furtivum, ædibus, vel vineis tuis injunctum, nequis eximere cogitor, sed duplum pro eo per actionem de Tigno injuncto præstare compellito.

Si tibi furtim arbores cæsæ sint, agito.

DE CULTU DEORUM.

Ad Divos caste adeunto pietatem, pietatem adhibento, opes amovento.

Qui secus, Deus ipse vindex erit.

DE TEMPLIS, ET LUCIS.

Separatim nemo habebit Deos, neve novos, sive advenas, nisi publicè adscitos, privatim colunto.

Constructa à Patribus delubra habento.

Lucos in agris habento. Et larium sedes.

Ritus familiæ, patriæque servato.

DUPLEX DEORUM GENUS.

Divos, & eos, qui Cœlestes semper habiti, colito. Illos quos in Cœlum merita vocaverunt. Herculem, Liberum, Æsculapium, Castorem, Polucem, Quirinum, & illa propter quæ datur homini ascensus in Cœlum, Mentem, Virtutem, Pietatem, Fidem, earum laudum delubra sunto.

Nec ulla vitiorum sacra solemnia obeunto.

DE FERIIS.

Feriis, jurgia amovento, easque in famulis operibus patratis habento.

Itaque, ut ita cadat, in annis anfractibus descriptum esto.

Certasque fruges, certasque baccas Sacerdotes publicè libanto.

Hoc, certis sacrificiis, ac diebus, itemque alios addes.

Ubertatem lactis fœturæque servanto.

Idque ne commiti possit, ad eam rem, & rationem, cursus, annuos, Sacerdote finiunto.

DE HOSTIIS, ET OFFICIIS SACERDOTUM.

Quæque cuique Divo decoræ, gratæ sint hostiæ, Sacerdotes providento.

Divisque aliis ad Sacerdotes, omnibus Pontifices, singulis Flamines sunto. (custodiunto.

Virginesque Vestales in Urbe ignem foci publici sempiternum

Privatim, & publicè, modo, rituque agunto. Ignari à publicis Sacerdotibus discunto.

DE DUOBUS SACERDOTUM GENERIBUS.

Eorum autem duo genera sunto. Unum, quod præsit Sacris, & cæremoniis. Alterum, quod interpretatur Fatidicorum, & Vatum effata incognita, cum Senatus, Populusque asciverit.

Interpretes autem Jovis Optimi Maximi publici Augures, signis, & auspiciis posteà vidento, disciplinam tenento.

Sacerdotes vineta, virgetaque, & salutem populi auguranto, quique agent rem duelli. (peranto.

Quique populare auspicium, præmonento, illisque obtem-

Divorumque iras providento, iis parento, cœlique fulgura regionibus ratis temperanto.

Urbemque, & agros, & templa, liberata, & effata habento.

Quæque Augur injusta, ne facta, vitiosa, dirave dixerit irrita, infectaque sunto.

Quique non paruerit, capitale esto. (dice suo ne sunto.

Fœderum, Pacis, Belli, Induciarum. Oratores, Fœcialis, jubella disceptanto.

Prodigia, portenta ad Hetruscos, & Aruspices, si Senatus jusserit, deferunto, Hetruriæque Principes disciplinam docento.

Quibus Divis decreverit, procuranto.

Fidemque fulgura, atque oscina pianto.

DE NOCTURNIS MULIERUM SACRIFICIIS, ac ludis.

Nocturna mulierum sacrificia ne sunto, præter illa, quæ pro populo rite fient: neve initiantor, nisi ut assolet taceri Græco sacro. (missum est.

Sacrum commissum, quod neque expiari poterit, impiè com-

Quod expiari poterit, publicè Sacerdotes expianto.

Ludis publicis, sive curriculo, sive certatione corporum fiant, popularem lætitiam in cantu, & fidibus, & tibiis moderanto, eamque cum Divum honore jungunto.

DE SACRILEGIO, PERJURIO, ET INCESTU.

Ex patritiis ritibus colunto optima.

Præter Ideæ matris famulos; eosque justis diebus nequis stipem cogito. (parricida esto.

Sacrum, sacrove commendatum, qui clepserit, rapseritque,

Perjuri pœna divina, exitium, humana, dedecus.

Incestum Pontifices supremo supplicio faciunto.

Impius, audeto placare donis iram Deorum.

Sanctè vota redunto, pœna violati juris esto.

Quocirca, ne quis agrum consecrato.

Auri, argenti, eboris sacrandi modus esto.

Sacro privata, perpetua manento.

Deorum Manium jura sancta sunto.

Hos læto Dato Divos habento, sumptum in illos, luctumque minunto.

DE MAGISTRATIBUS CIVILIBUS.

Justa imperia sunto, iisque Cives modestè, ac sine recusatione parento.

Magistratus, nec obedientem, & nocivum civem multa vinculis, verberibusve coercento, ni par, majorve Potestas, populusque prohibescit, ad quos provocatio esto.

Cum Magistratus judicassit, irrogassitur per populum mulctæ, pœnæ certatio esto.

DE MAGISTRATIBUS MILITARIBUS.

Militiæ ab eo, qui imperabit provocatio non esto.

Quodque is, qui bellum gerat imperassit, jus ratumque esto.

Minores Magistratus periti Juris, plures in prælio sunto.

Militiæ, quibus Jussi erunt, imperanto, eorumque Tribuni sunto.

Do-

Domi pecuniam publicam custodiunto.
Vincula sontium servanto. Capitalia vindicanto.
Æs, argentum, aurum, publicè signanto.
Lites contractas judicanto.
Quodcumque Senatus decreverit, agunto.

DE ÆDILIBUS.

Sunt quoque Ædiles curatores Urbis, Annonæ, Ludorumque solemnium. Illisque ad honoris amplioris gradum, iis primus ascensus esto.

DE CENSORIBUS.

Censores populi civitatis, soboles, familias, pecuniasque censento.
Urbis templa, vias, quas ærarium vectigali tuento.
Populique partes in tribus distribunto.
Exinde pecunias, civitates, ordines partiunto.
Equitum, Peditumque prolem describunto.
Cælibes esse prohibento. Mores populi regunto.
Probrum in Senatu ne relinquunto.
Bini sunto. Magistratum quinquennium habento.
Reliqui Magistratus, annui sunto, eaque potestas semper esto.

DE PRÆTORIBUS.

Juris disceptator, qui privatè judicet, judicative jubeat, Prætor esto.
Is Juris Civilis custos esto. Huic potestati parento.
Quodcumque Senatus creverit, populusve jusserit, tot sunto.

DE DICTATORIBUS.

Regio Imperio duo sunt, iisque præundo, judicando, consulendo. Prætores, Judices, Consules appellantur.
Militiæ summum Jus habento, nemini parento.
Salus populi suprema Lex esto.

DE TEMPORIBUS MAGISTRATUUM.

Eundem Magistratum, ne interfuerint, x. anni, ne quis capito.
Civitatem annali Lege servanto.

DE DICTATORIS OFFICIO.

Ast si quando duellum gravius, discordiæ civium estunto, ne amplius sex menses, si Senatus creverit.
Idem juris, quo duo Consules tenento.
Isque ave sinistra dictus, Populi Magister esto.
Æquitatem, quicumque regat, habeto pari Jure cum eo, quicumque erit juris disceptator.
Ast quando Consulis est, Magistratusve populi, reliqui Magistratus ne sunto.

DE AUSPICIIS, ELECTIONIBUS, ALIISQUE ritibus.

Reipublicæ auspicia Patrum sunto, illique ex se produnto, qui Comitiisque creati Consules ritè possint.
Imperia, potestates, Legationes, cum Senatus creverit, populusque jusserit, ex urbe eunto.
Duella justa, justè gerunto.
Sociis pariunto, se, & servos continento.
Populi sui gloriam augento. Domum cum laude redeunto.
Rei suæ ergo, ne quis legatus esto.

DE TRIBUNIS PLEBIS.

Plebs, quos pro se, contra vim, auxilii ergo, x. creassit.
Tribuni ejus sunto.
Quodque hi prohibuissent, quodque Plebem rogassint ratum esto, Sanctique sunto, neve Plebem orbam Tribunis relinquunto.

DE SENATU.

Omnes Magistratus auspicium, judiciumque habento exque iis Senatus, esto ejus decreta, rata sunto.
At si Potestas, par, majorve præibit, S. C. præscripta servanto.
Is Ordo vitio vocato: cæteris specimen esto.

DE SUFFRAGIIS.

Creatio Magistratuum, & Judicia, Populi jussa, vetita, cum Senatus suffragio quum sciscitetur, optimatibus nota. Plebi libera sunto.

DE QUÆSTORIBUS.

At si quid erit, quod extra Magistratus coærario exussit, qui coæret Populus creato, eique jus coærandi dato.

QUIBUS JUS EST CUM POPULO AGENDI, aut cum Senatu.

Cum Populo, Patribusque agendi jus esto.
Consuli, Prætori, Magistro populi, Equitumque, eique quem produnt Patres Consulum regundorum ergo, Tribunisque quos populos rogassit, jus eo cum Patribus agendi.

PRÆCEPTA JURIS DE MAGISTRATU.

Quæ cum Populo, quæ cum Patribus agentur, modica sunto.
Senator, qui nec adierit, aut causa, aut culpa esto.
Loco Senator, & modò orator, causas Populi tenento.
Vis in populo abesto.
Par, majorve Potestas, plus valeto.
Ast, qui turbasit in agendo fraus auctoris esto.
Intercessor rei malæ, salutaris civis esto.
Qui agent, auspicia servanto.
Auguri publico parento.

DE PROMULGATIONE LEGUM, DE PRIVILEGIIS, de singulis rebus agendis.

Promulgata proposita in ærario cognita sunto.
Nec plus quam de singulis rebus, semel consulunto.
Rem populum docento, doceri à Magistratibus, privatisque patiuntor.
Privilegia ne irroganto.
De capite ejus, nisi per maximum comitium illosque, quos Censores in Patribus populi locassint, ne ferunto.
Domum ne capiunto, neve danto, neve petenda, neve gerenda, neve potestate.
Quisquis earum rerum migrassit, noxæ pœna par esto.
Censores fide Legem custodiunto.
Privati ad eos Acta referunto, nec eo magis lege liberi sunto.

DE SUIS, ET LEGITIM. HÆRED.

Intestatorum hæreditates primo suorum hæredum velint, nolintve sunto.
His deficientibus, agnati proximus familiam habento.

DE PATRIA POTESTATE.

Vendendi filium patri potestas esto.

DE TUTORIBUS.

Tutores liberis in potestate, testamento parentes danto.
Si non sint dati, agnati, qui successionem sperant, tutores sunto.
Sed si aliqua sit insidiarum suspicio, apud alios pupillus educator.
Suspecti tutores removentor.
Tutor cum pupillorum matre ne habitato.

DE PRODIGO, ET FURIOSO.

Prodigo bonorum suorum administratio interdicta esto.
Si furiosus existet, agnatorum, gentiliumque in eo, pecunia quæ ejus potestas esto.

FAMILIÆ ERCISCUNDÆ.

Cohæredes à communione discedere volentes agunto.
Pro hæreditaria parte, debitores hæredibus obligati sunto.
Pro portionibus hæreditariis hæredes tenentor.

DE PROCURATORIBUS.

Assiduo, vindex assiduus esto.
Proletario civi quivis volet vindex esto.

DE JUDICE DELEGATO.

Judicem, Arbitrumve jure datum, qui ob rem dicendam, accepisse pecuniam convictus est, capite punito.

DE CRIMINE MAJESTATIS.

Qui hostes incitaverit, quive opem hosti tradiderit, pœnam capitis dato.

DE IN JUS VOCANDO.

Si quis in jus vocatur, si morbus œvitasve vitium extitit, qui in jus vocavit juramentum dato, si nolit, arceram ne sternito.

DE INJURIIS.

Si membrum ruperit meum, è pacto talio esto.
Propter os verò fractum, numariæ pœnæ constitutæ sunto.

DE FALSO TESTE.

Qui falsum testimonium dixisse convictus erit, è saxo Tarpejo dejicitur.

De-

DE ARBORIBUS CÆDENDIS.

Si in agrum alterius arbor impendeat, usque ad xv. pedes à terra alterius coercito. Et ne umbra arboris vicino prædio noceat xv. pedes altius ramos arboris circuncidito.

DE RE JUDICATA.

Æris consessi, rebusque Jure judicatis 30. dies justi sunto. Post deinde in debitorem manus injectio esto, in jus ducito, in judicatum facit.

Aut qui pseudo eo in jure vim dicit, secum ducito, vincito, aut nervo, aut compedibus 15. pondo, ne minore, aut si volet, majore vincito.

Si volet, suo, vivito.

Ni suo vivit, qui cum victum habebit, libras farris in dies dato, si volet, plus dato.

In vinculis 60. dies habeto.

Inter eos dies, trinis nundinis continuis ad Prætorem in comitium producito, qnantæque pecuniæ judicatus erit, prædicato.

Tertiis autem nundinis, si interea pactus non sit, capitis pœnas dato, aut tras-Tyberim peregrè venum ito.

Et si plures forent, quibus reus est judicatus, tertiis nundinis parteis secanto.

Si plus simulve secuerunt, sine fraude esto.

DE USUCAPIONIBUS.

Furtivæ res non usucapiuntor.

Si libertus ab intestato moriatur, nullum hæredem suum relinquens, patronus ei succedito.

DE MATRIMONIO.

Matrimonia inter Patres, & plebejos separata sunto.

DE POENIS QUORUNDAM DELICTORUM.

Si puerum quis castraverit, licèt pretiosiorem fecerit, quadruplum præstato.

Qui fruges excantassit, pœnas dato, neve alienam segetem pellexeris, excantanto.

Ne incantanto, ne agrum defruganto.

Ne frugem aratro quæsitam, nocte furtim depascunto.

Puberes si secanto, cæteri eos suspendunto.

Impuberes arbitratu Prætoris verberanto, ac noxam, duplione remve decernunto. (sunto.

Qui secus facit, & terminium exarassit, ipsius, & boves sacra

DE GLANDE LEGENDA.

Glandem in alienum fundum procidentem colligere fas esto.

DE COMITIIS.

Jove tonante, fulgurante, ne comitia sunto.

DE DILATIONIBUS.

Si Judex, vel alteruter ex litigatoribus morbo sontico impediatur, dies judicii diffusus esto.

DE AQUA PLUVIA ARCENDA.

Si aqua pluvia nocet, arcentor.

DE SUCCESSIONE EX TESTAMENTO, & de Legatis.

Hæreditates in testamento jure facto datæ, ratæ sunto.

Uti quisque legassit, suæ rei ita jus esto.

Qui erit testator, libripensu fuerit, si gravi crimine damnetur, in testimonium feriatur, improbus, intestabilisque esto.

DE SERVITUTIBUS.

Viæ latitudo porrectum octo in pedes, in aufractum, id est, ubi venum est, sedecim habeto.

DE EMPTIONE, ET VENDITIONE.

Venditæ res, & traditæ post pretium solutum, aut si alio modo satis factum existat, emptori adquiruntur.

DE STATU LIBERIS.

Vendendi statu liberos, jus potestasque esto. (esto.

Quodcumque postremum populus jusserit, id jus, ratumque

INDEX UTILISSIMUS IN QUO OPPOSITA, *emendataque quotidiani sermonis barbaries: Ciceronianæ nimirum voces, & phrases pro barbaris, & alienis substitutæ. Auctus à Joanne Alvarez Sagredo, Burgensi.*

A.

Vulgò. — *Cicerò.*

Abest hinc itinere unius diei, * Abest vidui.
Abligurio, ligurio, * Consumo, devoro.
Abolere legem, * Legi, aut legem abrogare.
Abominabilis, * Detestabilis, detestandus.
Abominor, * Sum aversus ab: tamquam religioni habeo, offensionem atque fastidium habeo ad, aspernor, fugio, respuo, perhorresco, detestor.
Abortio vel abortior, * Mihi partum medicamentis abigo.
Absentiam tuam fero, (non fero. * Desiderium tui facilè fero, planè non fero.
Abusivè, * minus propriè.
Accentus, * Vox, sonus, Orator 7. vocis tres omninò sunt soni, inflexus, acutus, gravis.
Accepto, * Accipio, suscipio.
Accidentia nominum, & verborum, * Res nominibus, & verbis attributæ. 1. de Juvent. 34.
Accidit mihi, * Usuvenit mihi.
Accipio, aut imploro Deum testem, * Deum testor.
Accipere mutuo, * Mutuum sumere.
Acervo, * Coacervo, accumulo.
Acesco, * Coacesco.
Acquisitio, * Comparatio.
Actu esse, * Re, vel re ipsa esse, in rerum natura esse.
Acuitas, * Acumen.
Adagium, * Proverbium.
Ad hoc tempus nescivi, * Adhuc ignoravi.
Addititius, * Addictus, astrictus.
Adimpleo, * Expleo, impleo. (nare.
Administrare secundùm leges, * Ex lege Remp. regere, guber-
Adoptivus filius, * Judicio, & voluntate filius.
Adoro, * Colo, veneror.
Adriaticus, * Adrianus, ut mare Adrianum, id est, mare superum. (tuna.
Adversitas, * Res alicujus adversæ, turbida res, gravis for-
Adulteratus, * Fucatus, fallax, fucosus, adulterinus.
Aduno, * In unum locum congrego, in unum conduco, in unum redigo, in unum confero.
Æquanimis, vel æquanimus, * Qui æquo animo est.
Æquanimitas, * Animus æquus, animi æqualitas.
Æquè ac, * Perinde atque.
Æquilaterus, in Arat. Huic spatio ductum simili latus extat utrumque.
Affabiliter, * Comiter.
Affectatio, appetitio, * Consectatio.
Affectatus, * Nimis exquisitus, appetitus, putidus, odiosus, qui omni ex genere orationem aucupatur, omnes undiquè flosculos carpit.
Affirmativus, * Ajens, Negans.
Affirmo tibi, * Narro tibi.
Afflatio, * Motus, vaticinatio.
Afflatus, * mente permotus, furore divino incitatus, insanus, furens, qui humanos sensus amiserit, divinos assecutus sit, mente incitatus, animi ardore aliquo inflammatus, atque incitatus.
Agibilis, * Senectus avocat à rebus gerendis.
Alatus, * Volucer, ales, aliger.

Al-

Albedo, * Color albus, candor.
Aliqualiter, * Aliquo modo, vel ratione.
Aliquantisper, * Paulisper, parumper.
Allegare, * Afferre, citare, laudare.
Allocutio, * Compellatio.
Allubescit, * Lubet, libet, placet.
Alternatio, Vicissitudo.
Alteruter, * Uterque alter.
Amant se invicem, * Amant inter se.
Ambages, * Circuitio, anfractus, aliquo circuitu ad id pervenire quo velis.
Ambassiator, * Legatus.
A mundi initio, * Post homines natos, post hominum memoriam.
Ancile, * Id signum quod cœlo delapsum, veste custodiis continetur.
Angusto,* In Angustum adduco, vel deduco, coangusto, contraho, angustum facio. Dilato.
Animalculum, * Bestiola.
Animum resumere, *Colligere animum.
Animo præsagire,* Præsentire.
Annihilo,* Deleo, induco, labefacto, infirmo, convello.
Annihilor, * In nihilum intereo, occido in nihilum, in nihilum recido, pereo.
Annotatio, * Notatio, observatio.
Antarcticus, * Antaxon.
Ante, vel ad modum sedens, * Pro domo.
Ante dixi, * Dudum dixi.
Ante omnia, * In primis, præ cæteris.
Anterior, * Superior.
Antiquitùs, * Bonis temporibus.
Anxiè, * Ægrè, molestè.
A partibus alicujus esse, * Cum aliquo facere.
Apologia, * Scholion.
Apparens, * Expressus, eminens.
Apparientia, * Species, visio, visus.
Applaudo, * Plausum do, adhinnio.
Approprio, * Vendico, adcisco.
Aptitudo, * Habilitas.
Aquaticus, * Aquatilis, nans, natans, aquarum incola.
Aquosus, * Humidus.
Armilustrum, * Tanquam si arma militis inspicienda sint.
Arrestro, * Vador.
Arsus, * Deflagratus.
Artificialis, * Artificiosus, qui habet artem.
Artificialiter, * Artificiosè.
Artificiosè disponere, * Redigere ad artem.
Aspernatus, * Contemptus, rejectus.
Asses, vel assis, * Tabula.
Assertor, * Vindex.
Assuefacio, * Exercitatio, consuetudoque patiendi.
Assuefactio, * Usus, exercitatio, consuetudo.
Assuetudo, * Consuetudo.
Assylus, * Assylum, ara, perfugium.
Attondo, * Depascor.
Audibilis, * Sub auditum cadens.
Augmentabilis,* Crescendi accessionem habens.
Augmentatio, * Amplificatio, acretio.
Augmentator, * Amplificator.
Augmento, * Augeo, Amplifico, magnum, vel majus facio, propono magnum, facio uberius.
Augmentum, * Amplificatio.
Authentice, * Autenticos.
Autodidactos, * Sine interprete, & exercitatione.
Aux, quæ ab Astrologis, dicitur aux, hanc quidam à Cicerone Jugum appellari dicunt. L. Jugum, ut Luna in jugo.
Auxiliator, * Adjutor.

B.

Balbuties, * Hæsitantia linguæ.
Ballidia, * Diœcesis, præfectura.
Barbitonsor, * Tonsor, & tontrix.
Basse, * Præsse, summisse.
Bassus, * Humilis.
Becchata, * Morsus.
Belligeratio, * Bellum.
Bellum propè finitum, * Affectum bellum.
Benefactor, * Benèmeritus, benèmerens.
Benè fit, * Benignè fit.
Benè ponderare, * Examinare trutina, aut pondere.
Benè tibi precor de illa re, * Re aliqua, vel de re aliqua gratulor tibi.
Benevolens, * Benevolus.
Bibitio, * Potatio.
Biformis, * Biformatus, & triformis chimera.
Blasphemo, * Execror.
Blacus, * Cæruleus.
Boatus, * Mugitus.
Bonam, malamque de aliquo opinionem habere, * Benè maleque de aliquo existimare.
Boreas, * Aquilo.
Bravium, * Præmium.
Breviarium, * Epitome.
Brevio, * Breve facio, (longum facio.
Brutum, * Bestia, muta bestia, pecus, animal.

C.

Cabala, * A patribus accipere, audire, & posteris procedere, vel familiis.
Caco, * Detractio confecti, & consumpti cibi.
Calceo, * Induo.
Calculo, * Calculos subduco, ratiocinor.
Calefactivum, * Quod vim caloris habet, quod calefacit, calefaciens.
Calendarium, * Fasti.
Caliditas, * Calor.
Calumniosè, * Calumniosè, injuriosè.
Candela, * Lumen.
Captivo, * Jugum servile impono.
Carentia, * Inopia, egestas, vacuitas.
Castigator, * Vindex.
Castrametor, * Saxa castrorum antea metator.
Casualis, * Fortuitus, incertus, in casu positus.
Cataphractus, * Tectus, ac munitus ad pugnandum.
Catarrhus, * Epictora.
Causativus, * Efficiens.
Causo, * Efficio, gigno, efficiens sum, importo, causam do.
Celebrare, solemnizare, * Festum agere diem.
Cervicosus, * Qui nimum sui juris sententiæque est obstinatus.
Calcographus, * Librarius.
Cedere cuiquam nolle, * Concedere nemini.
Chirotheca, * Manica.
Cholera, pro iracundia, * Bilis, stomachus.
Chorea, * Saltatio.
Chorisator, * Saltator.
Choriso, * Salto.
Chimus, * Succus is, quo alimur.
Cicuritas, Mansuetudo animi.
Circulariter, * In orbem.
Circularis, * Probatio mutua, vel in orbem facta.
Circumferentia, * Extremitas, libramentum.
Circumlocutio, * Circuitio, anfractus.
Circumvolvo, * In Orbem torqueo.
Circumvolutus, * Circundatus, cinctus.
Civitate recipere, * Adscribere aliquem in civitate, vel civitati.
Clancularius, * Furtivus, clandestinus.
Clanculum, * Clam.
Clarifico, * Claro, clarum facio, illustro.
Classici auctores, * Plebeii Philosophi, vel ut ita dicam minorum gentium.
Classicum, * Bellum.
Claudere literas, * Obsignare epistolam.
Clavis imperii, * Claustra imperii.
Clima, quasi cingulus.
Coactè, * Per vim.

Coæqualis, * Æqualis.
Cœptum, * Incœptum, cœptu.
Cognoscibilis, * Habens cognitionem.
Coincido, Concurro, in unam formam cado.
Coitus, * Concubitus, conjunctio, complexus venereus, commiscere corpora, libido, rerum venerearum usus, obscæna voluptas, conjunctionis appetitus.
Colliquesco, * Liquesco.
Combino, * Connecto.
Combutor, * Deflagro.
Comitatio, * Affectatio, comitatus.
Commendatorius, * Commendatitius.
Commensalis, * Convictor.
Commoditas, * Opportunitas, & opportunum.
Commodato dare, accipere, * Accommodare.
Comparativè. * Comparatè.
Comparere ante aliquem, * Sistere se.
Compassio, * Sympathia, misericordia: dicit etiam Cicero Sympatos scribere; valdè moveri, & molestè ferre.
Compatior, * Misericordiam capio, misericordia moveor.
Compatriota, * Civis.
Complexa, & cum complexione, * Conjuncta.
Complexio, * Conjunctio.
Composita, * Ex elementis concreta, conflata.
Computatio, * Calculus, rationes.
Computus, * Ratio sumptuaria.
Concausa, * Adjuvans causa.
Conceptus mentis, * Sensa mentis, cogitata, cogitationes.
Concernere, * Pertinere.
Concessio, * Concessus.
Concivis, * Civis meus.
Conclusi mecum, * Mihi deliberatum est, & constitutum.
Concoctio, * Digestio.
Concordantia, * Concentus, concentio.
Concordare, * Consentire.
Concorditer, * Conjunctis sententiis.
Concupiscentia, * Libido, cupiditas.
Condenso, * Constipo.
Conditionalis, * Connexus, a, um.
Conditionaliter, * cum conditione.
Conditura, * Conditio ciborum.
Condolentia, * Sympathia.
Condolere alicui, * Alicujus miseriis commoveri, dolore affici alicujus causa.
Condonare, * Remittere.
Confabulatio, * Colloquium.
Confessus, * Concessus, certus.
Confisco. *Asconius*: Factum est ut fiscus pro pecunia publica, & inde confiscare dicatur. * Bona ejus censeo publicè possidenda, publicè proscribi.
Conforto, * Confirmo, firmo, munio.
Congruè, * Congruenter.
Congruus, * Congruens.
Connexè, * Contextè, consertè.
Connumero, * Numero, ad numerum scribo, colligo, in numero repono.
Consanguinitas, * Sanguinis conjunctio.
Consequenter, * Deinceps.
Consocius, * Socius.
Consodalis, * Sodalis, socius, amicus.
Consonare, * Consentire, concentum efficere.
Consortium, * Consortio, vel consociatio.
Constellatio, * Situs cœli, & stellarum.
Constringere, * Cogere, vim adhibere.
Consulo tibi, * Consilium do, Auctor sum, suadeo, hortor, te.
Consummatus. * Asolutus, & perfectus, in ingenio præstanti, & eruditione perfecta. L. Perfectus.
Contages, * Contagio.
Contagium, * Contagio.
Contemplativus, * Speculator, contemplator.
Contemptibilis * contemptus, contemnendus.
Contentiosus, * Pugnax.
Contentor, * Contentus sum, non pœnitet.
Conterraneus, * Popularis, ejusdem gentis, nationis, linguæ, civitatis.
Contiguus, * Contingens, quæ inter se penè contingunt. L. Inter.
Continuitas, * Continuatio, perpetuitas.
Continuè, * Assiduè, continenter.
Contractus, * Res contracta, commercium.
Contradictorius, * Contrarius, contraria enuntiatio.
Contrario, * Contrariè.
Contrafacio, * Assimulo, exprimo.
Contrarior, * Pugno, contrarius sum, confligo, adversor, repugno.
Contribulis, * Tribulis.
Contributio, * Tributum, tributi confectio.
Contumelior, * Contumelia insequor, contumeliam impono.
Convenio, * Conventus, conventum.
Conversatio, * Consuetudo, usus.
Conversor, * Versor, consuetudine alicujus utor, multus sum cum aliquo.
Converti, & dici ad convertentiam, * Reciprocari. Græc. Antistrephin.
Convitior, * Conviciis insector, convicium facio, verbis vexo, contumeliis vexo, contumeliis insequor, in aliquem invado, contumeliam in aliquem jacio, ignominiis aliquem concido, maledico, verborum contumeliis lacero, infesto ore, probrum in maledicto objecto.
Convivo, * Simul vivo.
Copia alicujus scripti, * Exemplum.
Copula, * Copulatio.
Copulativa propositio, * Conjunctio.
Cordialiter, * Ex animo.
Corono, * Regnum defero, diadema pono, impono.
Corporatura, * Statura, habitus.
Correctè, * Emendatè.
Correlativa, * Quæ sub eadem ratione cadunt.
Correspondeo, * Respondeo, consono.
Corrugo, * Contraho.
Creatura, * Res creata.
Creditum, * Pecunia credita.
Crepo, * Concrepo, percrepo.
Crescit malum, * ingravescit malum.
Creteus, * Cretensis.
Criminalis, * Capitalis, causa criminis, & causa ex crimine, causa, & lis capitis, criminales causæ, & criminalis quæstio.
Crimine carere, * Vacare culpa. (tollo.
Crucifigo, * Cruce afficio, cruci suffigo, in crucem ago, vel
Crumena, * Theca nummaria.
Cudo, * Tundo.
Culinarius, * Coquinarius.
Cum venia, * Pace tua, vel sit venia dicto.
Curabilis, * Quod curationem recipere potest.
Cursito, * Curso.
Curvo, * Decurvo.
Curvamen, * Aduncitas.
Cuspis, * Mucro.
Cyclopedia, * Encyclopædia.

D.

Damnifico, * Damno vel detrimento afficio, damnum vel detrimento affero.
Damnosus, * Qui alicui damno, vel malo est.
Dapes, * Epulæ.
Dare, aut dicere sententiam, * Ferre sententiam.
Dare, adferre pecuniam, * Numerare pecuniam.
Deauratus, * Inauratus.
Debeo scribere, aut facere, * Scribendum mihi est, non possum quin scribam.
Decens, * Par, conveniens.
Deceptio, * Circumscriptio, aucupium, tendicula.
Deceptorius, * Veteratorius, insidiosus.

De-

Deceptor, * Circumscriptor.
Decimo, * Decusso hoc modo X.
Declivis, * Devexus, præceps.
Decollo, * Cervicibus caput abscindo.
Dedecens, * Turpe, indecorum.
Defalco, * Deduco.
Defectus, * Vitium.
Deffinitum in neutro, * Res, quæ deffinitur.
Deforis, * Foris, extrinsecus, vel Foris, & extrinsecus, ut in ipsa arte insit, non foris petatur extremum.
Deformosus, * Deformis, turpis.
Deifico, * In Deos refero, vel repono, consecro, dedico.
Delator, & delatio, * Judex, judicium.
Delasso, * Defatigo.
Delectabilis, * Habens magnam delectationem.
Delector, * Acquiesco.
Demandatus, * Mandatus, injunctus, impositus.
Demano, * Emano, proficiscor, orior.
De mensa, aut per cambium pecuniam accipere, * Permutare pecuniam.
Dementatio, * Mentis amissio.
Demirandus, * Admirandus, admirabilis.
Demonstratio, quia * est Demonstratio ex effectu; & Demonstratio qua res convenire docetur.
Demonstratio propter quid, * Demonstratio ex causa.
Demordeo, * Mordicus aufero.
Demulceo, * Delinio, capio.
De novo, ab initio, * Deintegro, denuò.
Dependeo, * Pendeo.
Deprædor, * Spolio, despolio, prædor, eripio.
Deputatus, * Certus, deffinitus, destinatus, attributus, constitutus, dictus.
Derisio, * Ludibrium.
Derivatus, * Ductus, productus.
Descendentes, * Posteri, nepotes.
Desertum, * Desertus locus, vastus, incultus, solitudo.
Deses, * Desidiosus, iners, languidus.
Desidiosè, * Per desidiam.
Designum, * Ratio, consilium.
Desolatio, * Vastitas, excisio, excidium.
Desolor, * Everto, vasto.
Desponsata, * Desponsa.
Destructio, * Ruina, excidium, exitium, excisio, deturbatio, vastitas.
Destructor, * Interfector, perditor.
Desuesco, * Desuefio, consuetudinem aliquid faciendi depono, detraho.
Detego, * Indico, enuncio, innuo, aperio, patefacio, illustro.
Deterioro, * Deterius facio.
Detracto, * Detraho.
Detrimentosus, * Malus, noxius.
Deturpo, * Inquino.
Devio, * Declino, deflecto de via.
Devotus, * Religiosus, castus, pius, sanctus, religionibus deditus, religionem colens.
Dexteritas, * Commoditas.
Diameter, * Media linea.
Diapason, (Macrob. de somn. Scip. 11.) * Illi octo cursus, in quibus eadem vis est duorum modorum, septem efficiunt distinctos intervallis sonos.
Dicatio libri, * Nuncupatio.
Dici ad aliquid, * Conferre cum aliquo.
Dictamen rationis, * Communis intelligentia, præscriptio, vel præscriptum rationis; suma ratio insita in natura, quæ jubet ea, quæ facienda sunt, prohibetque contraria: summa lex, recta, perfecta; perfecta ratio, cœlestis descriptio, natura, norma legis.
Diescit, * Dilucescit, lucere incipit.
Diffamo, * Infamiam infero.
Differentia, * controversia.
Difficulto, * Difficultatem affero, difficile reddo.
Dignitas, * Postulatum, Græcè *Axioma*.
Dignosco, * Internosco.
Diluvium, * Eluvio terrarum, mira proluvies, magna vis aquæ.
Discooperio, * Aperio.
Disconveniens, * Alienum.
Discordans, * Discrepans, varius, ut varium jus, Congruens, conveniens.
Discordantia, * Discrepantia.
Discurro, * Volito, vagor.
Discurro, * Percurro.
Disjunctiva, * Disjunctio.
Disparitas, * Varietas.
Dispensare, * Solvere legibus.
Displicentia, * Dolor, offensio, molestia.
Dispositus, * Affectus.
Dispositio, * Affectio.
Dissonare, * Dissentire, discrepare, dissidere.
Disquiro, * Exquiro.
Dissono, * Dissentio, discrepo, dissideo.
Ditesco, * Dives fio, pecuniam facio, rem augeo, patrimonium amplifico.
Diversimodè, * Non uno modo.
Diversifico, Vario.
Diversitas, * Varietas, dissimilitudo.
Divinator, * Divinus, divinans, ut Aruspex, Augur, Ariolus, Vates, conjector.
Divisibilis, * Dividuus, Individuus.
Divisim, * Separatim, seorsum.
Dociliter, * Intelligenter.
Doctio, * Doctrina.
Dogmaticus, * Cujus libertas disserendi amissa est, quique in disputando, non suum judicium sequitur, sed auctoritati aliorum paret.
Dolendus, * Habens dolorem.
Dolentia, * Dolor, Indolentia.
Dolorificos, * Faciens, vel efficiens dolorem.
Dominari, atque imperare, * Rerum potiri, & summa potiri.
Dominium, * Mancipium, nexum, vel nexus, G. Ctesis.
Dominatio, * Dominatus.
Domuitio, * Domum itio, sed Rhodiorum classi domum itionem dati.
Dormire totam noctem, * Pernoctare.
Dubitabilis, * Habens dubitationem.

E.

EBrio, * Ebrium facio.
Ecclesia, * Ædes sacra, templum.
E contra, * Contra, è contrario, ex contraria parte.
Echo, * Imago cum saxa, & solitudines voci respondent.
Effectivè, * Efficienter.
Effectivus, * Efficiens, habens naturam efficiendi.
Effectu, * Re ipsa, & exitu.
Efficacia, * Efficacitas.
Efficaciter, * Efficienter.
Efformo, * Exprimo, fingo.
Egenus, & pauper, * Egens, perpetuò dixit Cicer.
Eluctor, * Extrico, vinco.
Encomium, * Laudatio.
Enervis, * Enervatus.
Ens, * Quod est natura.
Episcopus, * Pontifex.
Epistolium, * Litterulæ.
Æquiso, * Agitator equorum.
Eremita, * Solitarius homo, atque in agro vitam agens.
Eremus, * Solitudo, vel desertum.
Essentia, * Natura, vis, vis & natura, natura universa, vis & potestas, potestas.

Eva-

Evacuó, * Exhaurio, inanio, vacum facio, nudum, inanemque relinquo.
Evagino, * Educo, distringo.
Evitatio, * Declinatio.
Exactè, vel exactius aliquid dicere, vel facere, * Accuratè, accuratius, subtiliter, limatè, exquisitè.
Exalto, * Effero, proveho, produco, ad honorem defero, vel perduco, produco ad honores, illustro, effero ad honores, defero in Cœlum, laudibus effero.
Excalefacio, * Calefacio.
Excellens, * Præstans.
Excessivè, * Prætermodum.
Excessus, * Superatus.
Excessus, * Exuperatio.
Excopio, * Describo.
Excresco, * Cresco.
Excursus, Excursio.
Excusabilis, * Habens excusationem, vel aliquid excusationis.
Execrabilis, * Execrandus, detestabilis.
Exercitium, * Opus, munus, functio, exercitatio, ludus, ars, studium, industria, agitatio.
Exero, * Ostento, declaro.
Exinanitus, * Enectus, effœtus.
Exonero, * Deonero.
Exoptabilis, * Optatus, expetendus.
Expensa, * Impensa, impendium.
Expergesio, * E somno suscitor, expergiscor.
Experio, * Experior.
Explorator, * Speculator.
Expositor, * Qui pecuniam suppeditat.
Extispicina, * Ars Extispicum.
Extraordinariè, * Extra ordinem.

F.

Fabrefacio, * Benefacio, pulcherrimè facio, optimè facio, scitè facio, & venustè.
Fabulator, * Qui fabulas fingit.
Fabulosus, * Fictus, falsus.
Faciliter, * Facilè, nullo negotio.
Factivus, * Efficiens poëticos, id cujus opus est, in faciendo, & agendo.
Factor, * Effector, architector, protector, parens, genitor.
Facundus, * Copiosus ad dicendum.
Falsifico, * Adultero.
Famelicus, * Fame enectus.
Famesco, * Esurio.
Famigeratio, * Prædicatio, nobilitas.
Famigeratus, sive famosus, * Clarus, nobilis, fama celeber, fama celebratus, qui est in magno nomine & gloria, qui in orbe viget.
Famigero, * Fama celebro.
Fastus, * Spiritus regius.
Fatigo, * Defatigo, in labore me exerceo, laboribus me frango.
Favilla, * Scintilla.
Favorabilis, * Propitius, secundus.
Febrio, & febricito, * Febrem habeo.
Februa, * Denicales, feralia.
Felicito, * Felicitatem do.
Feracitas, * Ubertas.
Ferior, * Cesso.
Festo, * Celebro, ferias habeo, diem festum ago.
Festum, * Dies festus, feriæ.
Feudatarius, * Fundus, ut populus fundus.
Fictitius, * Fictus, commentitius.
Fidatus nuncius, * Certus homo.
Fideicommissum, * Patrimonia spe benè tradendi relicta.
Fidejussor, * Sponsor, præs. Vide Fidejubeo.
Figlinus, * Fictilis.
Figmentum, * G. Plasma, Commentum, fabula.
Finalis, * Telicos.
Fingo, * Ementior.
Finem reperire, * Exitum evolvere.
Finio, * Conficio.
Finire librum, aut opus, * Absolvere, ad exitum adducere.
Finitio, * Terminatio.
Finitus, * Definitus, habens modum, perfectus, absolutus, confectus, profligatus, emeritus.
Fixè, * Acriter, acri animo, & attento.
Flecto, * Impello, deduco.
Fluvialis, * Fluviatilis.
Fluxus, * Fluxio.
Fœmininus, * Fœmineus, muliebris.
Fœto, * Malè oleo, puteo.
Fomes peccati, * Seminarium vitiorum.
Formidabilis, * Formidolosus, horribilis, terribilis.
Foro, * Fodio, perterebro.
Fortifico, * Munio.
Fraternitas, * Germanitas.
Fraudulenter, * Insidiosè.
Frigefacio, * Refrigero.
Frigefactivum, * Refrigerans, quod vim habet frigoris.
Frigesio, * Refrigeror.
Fructifer, * Frugifer, fructuosus.
Fructifico, * Fructum edo, fero, fruges fundo.
Fruticesco, * Fruticor.
Fulminatus, * De cœlo ictus.
Fulmino, * Fulmen jacio, de cœlo tango, percutio, è cœlo jacio.
Fulminor, aris, * De cœlo tangor, jacior, percutior, tangor.
Funis, * Funiculus.
Furiatus, * Furens, furibundus.
Fusim, * Fusè.

G.

Garrulitas, * Inanis quædam profluentia loquendi.
Generatio, * Ortus, procreatio.
Genus generalissimum, * Genus ultimum, caput generis.
Gesta, * Res gestæ.
Gesticulor, * Gestum ago.
Gestito, * Gero, gesto.
Glorifico, * Gloria afficio.
Gracilis, * Tenuis, strigosus, subtilis, exiguus.
Grandisculus, * Grandior.
Gratitudo, * Gratia, gratus animus, animo memor, memoria, & voluntas grata, grata animi benevolentia, pietas.
Gratum est mihi, * Gratum, jucundumque mihi accidit.
Gressibilis, * Gradiens.
Grosso modo, * Pingui Minerva.
Gulositas, * Vitium ventris, & gutturis.

H.

Habet valorem, * Pondus habet.
Hæredito, * Hæreditas mihi ab aliquo venit.
Hæreditatem acceptare, * Adire hæreditatem.
Heba, * Juventus.
Hermafroditus, * Androgynus.
Hiatio, * Hiatus.
Historiographus, * Historicus.
Homagium, * Clientela.
Horoscopus, * Chaldæis in prædictione, & in notione cujusque vitæ ex natali die minime credendum est.
Hortulanus, * Olitor.
Hospitor, * Hospicio accipio, tecto, domo: domum, tecto, ac sedibus recipio.
Huc, illucque transire, Ultro citroque navigare.
Humiliatus, * Demissus.
Hypocrisis, * Simulatio virtutis, venditatio quædam, atque ostentatio.
Hypocrita, * Eruditus artificio simulationis.
Hypothetica, * Connexum.

I.

JEjuno . * Cibo me abstineo.
Jejunium , * Inedia.
Ignaviter , * Ignavè.
Ignominiosè , * Per ignominiam.
Ignominiosus , * Contumeliosus , sordidus ad famam, cum ignominia , conjunctus , maculosus.
Ignoranter , * Per ignorantiam , inscienter.
Illæsus , * Incolumis , invulneratus , inviolatus.
Illectamentum , * Illecebre , incitamentum , invitamentum.
Illegitimus , * Nullum habens jus.
Illyria , * Illyrium.
Imaginatio , * Cogitatio.
Imaginor , * Cogito , fingo , effingo , formatum habeo , suspicor , cogitatione depingo , vel fingo , animo comprehendo, suspicione attingo, conjectura informo, speciem alicujus rei cogito , animo fingo , in notione animi repono, cogitatione , & mente complector , assequor , imprimo notionem in animo.
Immaculatus , * Inviolatus , incorruptus.
Immediatè , * Proximè.
Inmediatus , * Proximus.
Immedicabilis , * Insanabilis , desperatus.
Immeritus , * Meritus.
Immoriger , * Injustus , non obediens.
Immoror , * Insisto , hæreo , in re longior sum.
Impatienter , * Intoleranter.
Imperfectè , * Præcisè.
Imperterritus , * Fortis , magnanimus , animosus.
Impetuositas , * Impetus.
Impetuosus , * Violentus , vehemens , furens.
Impossibillis , * Adynatus : quod fieri non potest.
Impostus , * Planus.
Impræmeditatus , * Imparatus.
Imprecatio , * Malum omen , execratio , preces.
Imprecor , * Precor , execror , male precor , alicui perniciem exopto, tristibus nominibus illum persequor.
Impropero , * Exprobro.
Improprius , * Acyrus.
Impubis , * Impuber.
Imputo , * Adscribo, tribuo , assigno, attribuo.
In discrimine versari , * Caput, salutem, fortunas alicujus agi.
In extremis esse , * Agere animam.
In pretio , aut æstimatione esse , * Aliquo in numero esse.
In libro receptorum scribere , * Referre in acceptum.
Inæqualis , * Inequabilis.
Inanis gloria , * Falsa gloria.
Incantamentum , * Cantatio.
Incassum , * Frustra.
Incessanter , * Nullo temporis puncto intermisso.
Inclinatio, * Proclivitas , facilitas , propensio.
Inclinatus , * Proclivis , applicatus , propensus.
Incœnis , * Incœnatus.
Incogitabilis , * In cogitationem non cadens.
Incogitans , * Inconsideratus.
Incogitantia , * Inconsideratio.
Incommoditas , * Incommodum.
Incompositus , * Inconditus.
Incomprehensibilis , * Incomprehensus.
Inconsideratio . * Inconsiderantia , inconsulta ratio.
Incontinens , * Imtemperans.
Inconveniens , * Incommodum , absurdum.
Incorporeus , * Expers corporis.
Incorrigibilis , * Insanabilis.
Incredulitas , * Diffidentia , scrupulus , dubitatio.
Incredulus , * Diffidens.
Inculpo , * In culpa pono.
Incurabilis , * Insanabilis , desperatus, curationem non recipiens.
Indebitus , * Injustus.
Indesinenter , * Nullo temporis puncto intermisso.
Indigestas , * Cruditas.
Indigestus , * Crudus.
Indigus , * Indigens.
Indispositus , * Crudus.
Indivisibilis , * Individuus.
Indomabilis , * Qui imperium recusat.
Indubitanter , * Non dubibanter, sine disputatione, pro certo.
Indubitatus , * Certissimus , exploratissimus ; non habens dubitationem , perspicuus.
Indubius , * Certissimus.
Intercessor , * Deprecator.
Intercessio , * Deprecatio.
Industriosè , * Industriè.
Inebrio , * Vino obruo, ebrium facio.
Ineloquens , * Infans.
Inemendabilis , * Insanabilis.
Inauditus , * Incredibilis.
Inexcusabilis , * Nihil habens excusationes.
Inexpertus , * Inexercitatus , nullo usu.
Infallenter , * Pro certo , vero.
Infamatus , * Infamis.
Infatigabilis , * Acer.
Infelicito , * Miserum habeo.
Inferioritas , * Inferior ordo.
Infesto , * Infestum reddo , infestus sum.
Infinitivus , * Ut diffinitivus.
Infirmitas , * Ægra , infirma , incommoda valetudo.
Infirmiter , * Infirmè.
Inflativus , * Habens inflationem.
Influxus , * Tactus lunæ , demissa è cœlo vis.
Infortunium , * Adversa, vel incommoda fortuna, acerbitas. Qui propter fortunam , non propter malitiam in miseriis sunt.
Infra scribo , * Suppono , subscribo.
Infumibulum , * Vaporarium.
Ingeniculor , * Ad pedes jaceo.
Ingluvies , * Insaturabile abdomen.
Ingratitudo , * Ingratus animus.
Ingruo , * Ineo.
Ingurgitatio , * Crapula , ebrietas.
Inobedientia ,)(Obedientia.
Injurior , * Injuriam alicui infero, vel facio , malè mereo, injuriam infero , importo.
Inobediens , * Non obediens.
Inopinus , * Nec opinans.
Ignorans , * Inscius.
Inopinatè * Nec opinatò.
Inopinus , * Inopinatus.
Inordinatè , * Immoderatè.
Inordinatio . * Confusio.
Inquantum , * Qua , quatenus, ob id ipsum, quia in eo, in quo.
Insensatus , * Stupidus, insipidus, communi naturæ sensu carens , stipes , Æthiops , sine sensu , sine sapore , elinguis, tardus.
Insensibilitas , * Stupiditas , stupor.
Insensibiliter , * Sensim , & sine sensu.
Insensitivus , * Sensum non habens.
Insido , * Insideo.
Insolutè , * Insolenter.
Insolubilis , * Inexplicabilis.
Instabilis , * Lubricus, varius , commutabilis , volubilis.
Instabilitas , * Volubilitas.
Instans , * Ad punctum temporis , id est, ut ajunt, instanti.
Instare , * Vel dare instantiam, resistere, occurrere.
Institor , * Propola , qui mercatur à mercatoribus , quod statim vendat.
Insufficienter , * Exiguè.
Intantum , * Usque eo.
Intellectus , * Intelligentia , mens , ratio , mens simplex , id est , intellectus agens qui dicitur.
Intelligibilis , * Quod in nostram intelligentiam cadit , sub intelligentiam cadens ; quod ratione , sapientia-

tiaque comprehenditurque, quod intelligentia, & ratione comprehenditur.
Intentio, * Scopus, propositum.
Intercedo, * Deprecor.
Interfectio, * Occisio, cædes.
Interlocutores, Eclogarii, nomina eorum, qui in dialogis loquentes inducuntur.
Internus, * Interior.
Interpretamentum, * Interpretatio.
Interstitium, * Intervallum.
Intertexo, * Intexo.
Intitulo, * Inscribo.
Intricatus, * Nec caput, nec pedes.
Intrinsecus, * Interior, intestinus.
Invalidus, * Irritus, nullus.
Inverecundia, * Impudentia.
Inviolabilis, * Sanctus, sacrosanctus.
Inviolandus, * Inviolatus, sacer, sacrosanctus.
Invisibilis, * Quod fugit aciem, obtutum, sensum oculorum omnem.
Invisito, * Viso.
Inundatio, * Proluvium.
Joco, * Jocor.
Iracundia incanduit, * Exarsit ira.
Iratè, * Iracundè, cum ira, per iram.
Iris, * Arcus species.
Irrationabiliter, * Malè.
Irrationabilis, * Rationis expers, mente ac ratione vacuus.
Irreconciliabilis, * Inexpiabilis.
Irreligiosus, * A religione remotus, nihil habens religionis, impius.
Irremissibilis, * Inexpiabilis.
Irrequietus, * Sollicitus, laboriosus, exercitus.
Irritamentum, * Invitamentum, illecebra.
Irrito, * Irritum facio.
Itineror, * Iter facio, ambulo.
Jucundor, * Jucunditas mihi est, in voluptate sum.
Judicator, * Existimator, judex.
Juramentum, * Jusjurandum, affirmatio religiosa.
Jurans, * Juratus.
Jurare se non debere, * Abjurare creditum, & pecuniam.
Jurista, * Jurisconsultus, Jurisperitus, Legulejus.

L.

Labilis, * Debilis, infirmus.
Labium, * Labrum.
Laboratus, * Magnificis operibus, & plenum artis opus.
Lacessitio, * Concertatio, certamen, contentio.
Lacteo, * Lactens.
Læsus est à tergo, vel ante, * Aversum vulnus, vel adversum accepit.
Lanio, * Lanius.
Laniatio, * Laniatus.
Laniena, * Cœdes.
Lapido, * Lapidibus cædo, lapidationem facio, lapidibus oppeto, percutio, obruo.
Lapillus, * Calculus.
Lascivio, * Exulto.
Lasso, * Languefacio.
Lassus, * Defatigatus, languens, languidus.
Latet me, * Fugit me, ignoro, &c.
Lavacrum, * Lavatio.
Laudabiliter, * Cum laude.
Laureo, * Laureatus.
Legenda, * Vita.
Lenimentum, * Levamentum.
Lento, * Laxo.
Lepidulus, * Lepusculus.
Lethalis, * Funestus, mortifer.
Levativus, * Habens levationem doloris.
Liberum arbitrium, * Libera voluntas.
Liberum esse alicui, * Integrum est facere, aut non facere.
Libraria, * Bibliotheca, taberna libraria.
Licitè, * Bonis, & honestis rationibus.
Licitor, * Liceor, auctionor.
Ligatus, * Constrictus, vinctus alligatus.) (solutus.
Lignamen, * Materia.
Ligonizo, * Pastino, fodio.
Linealiter, * Ad lineam.
Lineus, * Linteus.
Liquiditas, * Liquor.
Litigatio, * Concertatio.
Litigium, * Rixa.
Locum tenens, * Legatus, Præfectus, Vicarius.
Logica, * Logicè.
Lucifuga, * Lucifugus.
Lucrosus, * Quæstuosus.
Luctificus, * Luctum afferens.
Lupanar, * Lustrum.
Lurco, * Helluo, gurges, nepos, ganeo.
Luridus, * Squalidus.
Lusciosus, * Luscitiosus, qui oculos hebetiores habet.
Lusor, * Aleator, collusor.
Lusorius, * Aleatorius.
Lusus, * Lusio.
Lutina, * Fides, ium.
Lutosus, * Luteus, lutulentus.
Luxus, * Luxuria, luxuries, diffluere luxuria, delicatè ac molliter vivere.
Lucernarius, * Lychnucus.

M.

Macero, * Conficio.
Macilentus, * Macie præditus.
Macor, * Macies.
Macresco, * Extabesco.
Macrologia, Longanimis oratio.
Macrobrius, Longævus.
Maculatura, * Litura.
Madefacio, * Perfundo, respergo, imbuo.
Magnanimiter, * Magno animo.
Magnificens, * Magnificus.
Malam famam habet, * Infamia laborat, & flagrat.
Maledicens, * Maledicus.
Maledicentia, Procacitas linguæ, procacitas, morbus procacitatis, petulantia.
Malefactor, * Malemeritus.
Malevolens, * Malevolus.
Malevolo, malè odi, * Malum volo alicui.
Malignus, * Qui pravo animo est.
Manifesto, * Apertum & manifestum facio, in medium profero, palàm facio, profero, aperio, enuncio, edo, divulgo, apertum ante omnium oculos pono, patefacio, profero, in vulgus judico, foras offero, & in conspectu pono, in luce colloco.
Marceo, * Langueo, languesco.
Marcesco, * Putresco.
Marcidus, * Putridus.
Marito, * Colloco, in matrimonium colloco, loco nuptiis.
Masculinus, * Virilis.
Mastico, * Mando, conficio.
Mechanicus, * Sordidus, illiberalis.
Mediator, * Arbiter, arbiter honorarius, sequester, deprecator.
Medicor, * Medeor, medicinam affero, adhibeo, curo.
Medimnus, * Medimnum.
Mediatè, * Cogitatè, meditatus.
Melioro, * Melius facio.
Melioresco, * Melior fio.
Memoriale, * Commentarium.
Memoriter aliquid discere, * Ediscere.
Menda, * Mendum.
Mensor, seu mensurator, * Merator, decempedator.

Mensuro, * Metior.
Merda, * Cibi reliquiæ, quas natura respuit.
Meretricor, * Palam me in meretricia vita colloco.
Meridio, vel meridior, * Meridianum somnum capio.
Metaphora, * Translatio.
Methodus, * Ratio, & via.
Microbius, * Contentus vitæ angustiis.
Minera, * Vena.
Minimi facio, * In minimis pono.
Minutim, * Minutatim, exiguè, exiliter.
Miraculosè, * Mirabiliter.
Miraculosus, * Portentosus. (prodigium.
Miraculum, * Miracula, mirabile, prodigio simile, ostentum,
Misanthropos, * Hominum aspectum, lucemque vitans.
Missa, * Res divina.
Mœchor, * Adulteror.
Molesto, * Sollicitum habeo, malè habeo, sollicito, exerceo, vexo, molestum facio, molestiam affero.
Mollifico, * Mollio.
Monarchia, * Regale civitatis genus, cùm dominatu unius omnia tenentur.
Moriger, * Obediens.
Mucus, * Humor.
Multifarius, * Varius, diversus, multiplex.
Multoties, * Sæpè.
Multum considera, * Etiam atque etiam vide.
Mutator, * Faber.
Mutatio temporum, * Rerum inclinatio, rerum vicissitudo.
Mutio, * Hisco.
Mutuaticius, * Alienus, aliundè assumptus, aliundè petitus.
Mutuitas, * Mutuum.
Mutuo, * Mutuum do, commodo.

N.

NArbona, * Narbo.
Natarus, * Natavio.
Nativitas, * Ortus, dies natalis.
Nauci facio, * Nauci habeo.
Naviarcha, * Navarchus.
Naumachia, * Bellum, vel prælium navale.
Necessito, * Necessitatem affero.
Negativus, * Negans.
Neotericus, * Recens.
Nequitiosus, * Nequam.
Neutralis, * Medius, indifferens.
Nigredo, * Nigror.
Nitiditas, * Nitor.
Nivosus, * Nivalis.
Nocentia, * Crimen.
Nocuus, * Infestus, perniciosus.
Nolo me immiscere huic negotio, * Interponere me nolim.
Nomenclatura, * Nomenclatio.
Nominatim nominare, * Compellare, & appellare.
Nominativus, * Rectus casus.
Notandus, * Attendendus, notatione dignus.
Notarius, * Scriba, librarius.
Nothus, * Spurius.
Notomia, * Anatome.
Noviter, * Nuper.
Nova, * Nuntii.
Novemdecim, * Undè viginti. (rem.
Novum morem incipere, aut facere, * Inducere novum mo-
Nubilosus, * Nebulosus.
Nullibi, * Nusquam, nullo loco.
Nuntium, * Nuncius.
Nuncupatio, * Prosphonesis.
Nutricius, * Educator.

O.

OBæratus, * Æratus miles.
Objectio, * Quæ contradicuntur, contraria refutanda adversariorum argumenta, contraria, adversaria.
Objectum, * Res objecta sensibus, quod sensu percipitur.
Oblatio, * Liberalitas.
Obliteratus, * In litura.
Obsidium, * Obsidio.
Obstinatè, * Præfractè, pertinaciter, cum pertinacia.
Obstupefactio, * Obstupefactus. (tringo.
Obtenebro, * Obscuro, tenebras & noctem offundo, pers
Obvia, * Obviam itio, occursatio.
Obvio, * Occurro, obvius sum, alicui me obviam fero.
Occidentalis, * Occidens.
Occidere quem cupiens, * Vitam alicujus appetere.
Octodecim, * Duodeviginti.
Odoramentum, * Odores, odoratio.
Odoramentarius, * Unguentarius.
Olfatus, * Odoratus.
Omnifariam, * In omnes partes aliquem fallere.
Omnifarius, * Cujusque modi.
Omnimodè, * Omni ratione, omnibus modis.
Omnimodus, * Cujusque modi.
Onerare se cibo, aut potu, * Ingurgitare se nimio cibo, aut potu.
Opacitas, * Locus opacus.
Ophtalmia, * Morbus oculorum.
Opificium, * Opus.
Opprobro, * Probrum infero.
Oratoria, * Rhetorica ratio, doctrina dicendi, studium eloquentiæ, oratoria dicendi vis, studium, virtus dicendi, facultas, exercitatio dicendi, benedicendi scientia, via & facultas dicendi.
Ordinare, * Constituere.
Ordinarius, * Legitimus.
Ordinatus, * Habens ordinem.
Ordine, * Ex ordine.
Orientalis, * Oriens.
Originale peccatum, * Nativum malum, vitiositas.
Ostentor, * Gloriosus, vanus.

P.

PAcificè, * Cum pace.
Pallesco, * Palleo, exalbesco.
Palliditas, * Pallor.
Pallidus, * Decolor, exsanguis, sine colore.
Palmus, * Vestis, vestitus.
Papyrus, * Charta.
Paradisus, * Cœlum, hortus, hortulus, certus in cœlo, ac deffinitus locus, ubi beati ævo sempiterno fruantur, piorum sedes, & locus.
Paralogismus, * Captio.
Parcitas, * Parsimonia.
Paroxismus, * Commotiuncula, tentatio.
Particularis, * In parte, præcipuus, singularis.
Particulariter, * Præcipuè.
Parvifacio, * In parvis, vel minimis pono, nullo loco habeo, pro nihilo habeo, puto.
Pascuum, * Pascua, pastus pecudum.
Passio, * Perturbatio, affectio, animi dolor.
Passivus, * Pateticos, patibilis.
Pastino, * Fodio.
Patrocinor, * Adsum pro aliquo, causis præsto sum.
Pavefacio, * Pavorem affero, metum incutio.
Pavefactus, * Exterritus.
Pavidus, * Pavens.
Pauperies, * Paupertas.
Pausa, * Respiratio.
Peculor, * Depeculor, peculatum facio.
Pecuniam corradere, * Conticere pecuniam, redigere pecuniam ex re aliqua.
Pensionarius, * Vectigalis.
Per accidens, * Temerè, casu fortuito.
Peremptorius, * A Prætore dies dictus.
Perjuro, * Pejero.
Perpendiculariter, * Ad perpendiculum, ad lineam e rectis lineis, ad partes angulos.

Pestiferus, * Pestifer, perniciosus.
Pertingo, * Pertineo.
Pertranseo, * Permeo.
Pertundo, * Obtero, protereo, concludo.
Petere debitum, * Admonere debitorem.
Phantasticus, * Opiniosus.
Philosophaster, * Minutus Philosophus, plebejus Philosophus, vel minorum gentium.
Phlebotomo, * Sanguinem mitto.
Phlegma, * Pituita.
Phlegmaticus, * Pituitosus.
Phrasis, * Verba conjuncta.
Physiognomia, * Physiognomon.
Physiognomus, * Physionomon.
Pignero, * Oppignero.
Pilo, * Pila ludo.
Piscatio, * Piscatus.
Planctus, * Plangor.
Planeta, * Astrum, vel stella errans, stella vaga, sidus errans, stellæ quæ falsò errantes vocantur.
Planitudo, * Æquor, Planicies.
Plantarium, * Planta, seminarium.
Planto, * Sero arbores, semino stipes, facio olivetum, instituo vineam.
Pleuresis, * Pleuritis, lateris dolor.
Plico, * Complico.
Plurimus, * Plurimum.
Podager, * Podagricus, arthriticus.
Ponderositas, * Gravitas, pondus.
Populosus, * Frequens.
Portarius, * Janitor.
Possibilis, * Dynatos, quod in nostram potestatem cadit, quod fieri potest.
Possibilitas, * Facultas, vires, vis.
Potentia, * Facultas: Græci dynamin dicunt.
Potator, * Vinitor.
Potentia, * Esse posse.
Practica, * Usus, experientia, assiduus usus, uni rei deditus.
Practicus, * Experiens, usuperitus, agitatus, exercitatus, magnum usum habens, rerum varietate, atque usu ipso productus.
Præcedo, * Præcurro, antegredior.
Prædestino, * Destino.
Prædicamenta, * Summa rerum genera.
Præfatus, * Dictus, de quo dixi.
Præfiguro, * Denoto, exprimo.
Præfoco. * Suffoco.
Prælatus, * Antistes.
Præmio, * Præmiis afficio, præmium do, præmium tribuo, præmiis dono.
Præodoror. * Odoror.
Præsagium, * Præsagitio, præsensio.
Præsentaneus, * Præsens.
Præsumo, * Hoc mihi sumo.
Prætextum, * Hypothesis.
Prætextus, * Nomen, simulatio, species, per causam, per beneficium.
Prævaleo, * Præsto.
Pravè, * Perperàm.
Præpon, * Græc. Lat. Decorum.
Primatus, * Principatus.
Privativus, * Privans.
Privilegiatus, * Privilegio affectus.
Privus, * Orbus, inops, nudus, cassus, vacans.
Probiter, * Probè.
Proceriter, * Procerius.
Procliviter, * Proclivius.
Proculco, * Conculco, protero.
Proculdubiò, * Sine dubio.
Prodigalitas. * Effusio, perfusio.
Prodigaliter, * Prodigè.
Prodigo, * Effundo, profundo, consumo, dissipo, dilapido, exhaurio, minuo, jacturam patrimonii facio, rem familiarem dilabi sino.
Producere fructus, * Efferre fructus, & id genus.
Profectus, * Magnus progressus in aliqua scientia.
Professor, * Magister, alicujus artis Doctor.
Profunditas, * Crassitudo.
Progenero, * Progigno.
Prolongo, * Traho, differo, profero, provideo, prorogo, diem profero, tempus dirimo.
Promano, * Permano.
Promptitudo, * Alacritas.
Propalo, * In medium profero, divulgo, palàm profero, rejicio.
Propatulus, * Promptus.
Properanter, * Festinanter, properans.
Properè, * Festinanter.
Properus, * Prosperus.
Prophasis, * Lat. Prætextus.
Proponere quæstionem, * Ponere quæstionem.
Proportionaliter, * Prorata portione.
Prorsum, * Prorsus.
Prosa, * Soluta oratio, verba soluta, oratio, nuda oratio, soluta modis oratio.
Prospicienter, * Prudenter, prudentissimè.
Prostituo, * Corpus palam ad omnes libidines divulgo, & vulgo: palàm in meretricia vita me colloco, omnibus me colloco, omnibus me vulgo, pervulgo.
Protector, * Patronus, parens, ac Deus vitæ, fortunæ, memoriæ, nominis.
Protervè, * Petulanter.
Protervia, * Protervitas.
Protestor, * Denuncio, testor, contestor.
Protocollum, * Authoritates.
Proventus, * Fructus.
Proximior, * Anterior, vicinus, citerior, propior, junctior.
Puellaris, * Virginalis.
Pullatus, * Attratus.
Pulmentarium, * Pulmentum.
Pulpitum, * Suggestum, pons.
Punctus, * Punctum, momentum.
Punitus, * Mulctatus.
Purgamentum, * Sordes.
Puritas, * Proprietas, munditia, elegantia.
Pusillanimitas, * Timiditas, animus pusillus, angustus animus & demissus, imbecillitas, infirmitas, egestas animi, angustia pectoris.
Pusillanimiter, * Timidè, timido animo, humili, demisso, fracto.
Pusillanimus, * Timidus, qui parvo animo est, animum parvum habens, vel nihili, & parvi animi homo, mentis angustæ, & humilis, jejuno & angusto animo, minutus & angustus animus.

Q

Qua conscientia hoc facis? * Qua mente?
Quadrum, * Quadratum.
Qualisqualis, * Cujusque modi, cujusmodicumque, qualiscumque.
Qualitercumque, * Perinde, utcumque.
Quantitas continua, & discreta, * Quantitas continuata, & sejuncta.
Quantitas, * Numerus, vis.
Quidditas, * Lat. Essentia, & vis.

R.

Rapinor, * Rapio.
Ratifico, * Ratum facio, ratum habeo.
Rationabiliter, * Probabiliter, certa ratione.

Raucesco, * Raucus fio.
Raucitas, * Vox obtusa.
Rebellio, * Defectio, alienatio, perduellio.
Rebellis, * Qui ab aliquo deficit, perduellis.
Rebello, * Ab aliquo deficio, descisco, retrahor.
Receptor, * Receptator, coactor.
Recommendo, * Commendo.
Recompenso, * Compenso.
Redargutio, * Refutatio, reprehensio.
Redditus, * Fructus, vectigal, quod ex tuis possessionibus reficitur.
Reduplico, * Conduplico.
Refocillo, * Reficio, recreo.
Regaliter, * Regificè.
Regimen, * Consecutio.
Registro, * In publicas tabulas refero, in libellum refero.
Registrum, * Commentarium (Commentarius veteres dixerunt) tabulæ, litteræ publicæ.
Rejuvenesco, * Renascor, revivisco, repuerasco.
Rejici in Magistratus petitione, * Repulsam ferre.
Relativa, * Quæ sub eandem rationem cadunt, quæ cum aliquo conferuntur.
Relativè, * Comparatè.
Relaxus, * Laxus.
Remedium quærere, * Facere alicui medicinam, & adhibere.
Remordeo, * Morderi est melius conscientia.
Ren, * Renes.
Renego, * Nego, denego.
Repudium, * Repudiatio.
Repulsio, * Repulsa.
Respectivè, * Comparatè.
Respectus, * Ad privatum dolorem, ad rationem Reipubl.
Resplendeo, * Reluceo.
Restagno, * Redundo.
Restauro, * Resarcio, restituo, instauro.
Resurgere à mortuis, * Excitari ab inferis, reviviscere.
Resumo, * Colligo, recreo, recipio me.
Resurgo, * Surgo, excitor ab inferis.
Resuscito, * Recreo, exito, ab inferis revoco, ab Acheronte excito, vitam restituo, à mortuis excito, reducem ab inferis sisto.
Revalesco, * Convalesco.
Revelo, * Enuncio, judico, profero, aperio, illustro, patefacio.
Revolutio, * Replicatio, circulus, orbis, rotundus ambitus, conversio.
Ridicularis, * Jocularis, ridiculus.
Ringor, * Subringor.
Risibilis, * Qui habet naturam, ut ridere possit.
Rixosus, * Concitus ad rixam.
Robustè, * Nervosè.
Robustas, * Gladiatoria corporis firmitas.
Rotunda chorea, * Saltatorius orbis.
Rubedo, * Rubor.
Ruditas, * Infirmitas ingenii, stupiditas, stupor.
Ruricula, * Agricola.

S

Sacristia, * Sacrarium.
Sæculis retrorsioribus, * Multis retrò sæculis.
Sævio, * Sævitiam exerceo, crudelitatem in aliquem adhibere.
Sagittator, * Sagittarius.
Salarium, * Merces, præmium.
Salvator, * Soter servator, conservator.
Salvificus, * Salutaris, salubris.
Salutifer, * Salutaris.
Salvusconductus, * Fides publica.
Sane, * Salubriter.
Sanguisuga, * Hirudo.
Sapidus, * Conditus.
Satiatus, * Saturatus, satietate defessus.
Satum, * Seges.
Scabinus, * Judex.
Scabo, * Perfrico.
Scabrositas, * Spinæ, disserendi asperitas.
Scalpo, * Perfrico.
Scibilis, * Quod scientia continetur.
Scintillo, * Igniculos jacio.
Scire propter quid, * Scire rem ex causa.
Scire quia est, * Scire rem ex effectu.
Scrupulosè agere, * Nimis exiguè & exiliter, ad calculos revocare.
Scrupulosus, * Justus, sanctus, rectus.
Sculpo, * Incido.
Sculptor, * Fictor.
Scurrilitas, * Obscœnitas, scurrilis jocus.
Secessus, * Recessus, locus remotus, solitudo, latebra, longè procul ab oculis populi.
Secretè, * Secretò.
Sectario, * Assectatio.
Sectatrix, * Consectatrix.
Secundo, * Secundo loco.
Secundum amicitiam nostram, * Pro nostra familiaritate.
Secundum virtutem, * Ex virtute.
Secundum quid, * Quadam ex parte.
Securatio, * Cautio.
Securor, * Caveo ab aliquo.
Securè, * Sine cura.
Semel adhuc, * Iterùm.
Senatui aliquod proponere, * Referri quid ad Senatum, de re aliqua.
Sensatus, * Sentiens.
Sensibilis, * Habens sensum.
Separatio, * Divortium, dissidium.
Septentrionalis, * Aquilonaris, sub axe positus, ad septem stellas, aliter Aquilonaris.
Sequax, * Qui sequitur.
Sequi, vel tenere alicujus sententiam, * Stare judicio alicujus.
Serio, * Graviter, affirmatè.
Seriosus, * Serius.
Serva, * Ancilla, famula.
Sigillo, * Signo, obsigno, consigno.
Significativum, * Vis, notio, sententia, potestas, significatio.
Signio, * Signo, insignio.
Simul natura, * Simul naturæ ordine.
Singillatim, * Singulatim, sigillatim.
Situatus, * Situs.
Sobrius, * Siccus.
Solamen, * Solatium.
Solemnizo, * Ago diem festum, ago diem natalem, quotannis.
Solummodò, * Dumtaxàt, tantummodò, solùm.
Somnolentia, * Sopor, languor.
Somnolentus, * Somno plenus, somniculosus, gravibus oculis.
Sonoritas, * Canorum.
Sonorus, * Canorus.
Sopio, * Consopio.
Sparsim, * Fusè.
Specialissima, * Species ultima, extrema species, seu forma.
Specialis, * Præcipuus, ultimus, extremus.
Speciatim, * Nominatim, sigillatim.
Species, * Forma.
Sperma, * Semen.
Spira, * Sed est quasi rudentis explicatio.
Spissitudo, * Frequentia.
Spontaneus, * Voluntarius.
Spuo, * Conspuo.
Spurcitia, * Lues.
Sputo, * Consputo.
Stadiodromus, * Qui stadium currit.

Statuarius, * Fictor, qui signa fabricat.
Sternutatio, * Sternutamentum.
Stipendio, * Conduco.
Stupha, * Hypocaustum.
Subaltero, * Subjungo: ut, omnes artes Oratori subjungere, vel subjicere.
Subcontrariæ præpositiones, * Adversis contrariæ.
Subditus, * alicui subjectus, vectigalis, stipendiarius cliens.
Subhasto, * Præconi subjicio.
Subitaneè, * Subitò.
Subitaneus, * Subitus.
Subjugatio, * Qui in dominatu alicujus est subjectus.
Subjugo, * Subigo, bello, domo, jugum servile impono.
Subjugus, * Abjectus.
Sublimitas, * Excelsitas.
Sublimiter, * Sublimè.
Submonitor, * Hypodidascalus.
Substantia, * Natura, opes.
Substitutus, * Vicarius.
Successivè, * Sensim, pedetentim.
Sufficiens, * Contentus.
Sufficienter, * Satis commodè.
Sufficientis, * Quod satis est.
Sugillo, * Existimationem imminuo, violo famam, lædo, de fama detraho.
Summaria, * Capita.
Sumptum, * Sumptio.
Superabundo, * Supero, superfluo, affluo, abundo.
Superbio, * Semel dictum à Cicer. 4. Act. 50. Efferor, animos effero, extollor, insolesco, spiritus assumo.
Superciliosus, * Qui vultui importuno est.
Superficies, * Extremitas, libramentum.
Superfluitas, * Redundantia.
Superfluus, * Supervacaneus, supervacuus, redundans, quod supersit.
Superimpleo, * Cumulo.
Superioritas, * Excellentia, præstantia.
Superscriptio, * Inscriptio.
Supervivo, * Supersum.
Supponere, * Ponere.
Suspiratio, * Suspirium.
Sustentaculum, * Fundamentum, basis.
Syllogizo, * Ratiocinor.
Syllogismus, * Ratiocinatio, ratio argumenti, conclusio, illatio, quæ ex rebus perceptis ad id quod non percipiebatur, adducit.
Symbollum, * Collecta, Topic. 35. Arist. Symbolon appellat, quod est Latinæ Nota.
Syngraphum, * Syngrapha.

T.

Tabularius, vel tabellarius, * Custos tabularum, & tanquam quæstor.
Tantillum, * Ne punctum quidem temporis, minima mora.
Tangibilis, * Tractabilis, res quæ sub tactum cadit.
Tardatio, * Tarditas, procrastinatio, mora, commoratio.
Taxo, * Æstimo.
Techna, * Dolus, fraus.
Tegmentum, * Tegmen, tegumentum.
Temo, * Clavus, gubernaculum.
Temperatura, * Temperamentum, temperatio.
Tempestuosus, * Turbulentus.
Tenaciter, * Pertinaciter.
Tenebrosus, * Tenebricosus, cæcus.
Testamentum, * Tentatio.
Tepiditas, * Tepor.
Terrefacio, * Terrorem affero.
Terreus, * Terrenus.
Terriculum, * Terrificus.
Testatio, * Testificatio.
Textus, * Scriptum.
Theorice, * Cognitio, contemplatioque naturæ: tractare, contemplarique res cognitione dignissimas.
Thesaurizo, * Pecuniam condo.
Tinctor, * Infector.
Titulus, * Inscriptio.
Tolerans, * Perferens.
Tontrix, * Tonstricula.
Tonus, * Sonus.
Tormento, * Excrucio.
Tordator, * L. Mensor.
Tortura, * Tormentum.
Totalis, * Totus.
Toxicum, * Venenum.
Tractatus, * Tractatio, opus, liber, lucubratio.
Tractim, * Lentè.
Transactio, * Decisio.
Transfiguro, * Muto, commuto, converto.
Transformor, * Convertor, forma aliqua induor, converto.
Transmutatio, * Vicissitudo.
Transnato, * Trano, transno.
Terminus, * Vocabulum, aut verbum.
Transcribere, * Describere.
Transmuto, * Converto, transfero.
Trecenti, * Tercenti.
Tredecim, * Decem & tres, tres & decem.
Trepidus, * Tremens, Horrens.
Triginta octo, * Duodequadraginta.
Triuncium, * Teruncius.
Tropicus, * Solstitialis, orbis brumalis, orbis revocatio.
Typographus, * Librarius.
Tyrannicida, * Vindex, & oppressor injustæ dominationis.
Tyrannoctonus, * Qui tyrannum necavit.

V.

Vacantia, * Vacatio.
Vacuo, * Exhaurio, vacuum facio, nudum, inaneque relinquo.
Vacuum, * Inanitas, inane.
Vagabundus, * Vagus, qui sedem stabilem, & domicilium certum non habet.
Valedico, * Jubeo valere.
Valenter, * Fortiter, viriliter.
Valor, * Prætium, æstimatio, authoritas, momentum, virtus.
Vane, * Inaniter.
Vappa, * Vinum fugiens.
Vaticinium, * Vaticinatio.
Ubertim, * Uberius.
Væcordia, * Stupor cordis.
Vegetativum, * Quod veget, quod vivit.
Vehementia, * Acrimonia.
Velox, * Concitatus, volucer.
Venenosus, * Venenans.
Venerosus, * Venereus.
Ventositas, * Quod habet inflationem magnam.
Verifico, * Probo.
Veriloquus, * Veridicus.
Versificor, * Condo poema, pango, facio, conficio versus, & cano.
Vices, * Partes.
Victualia, * Commeatus.
Visibilis, * Aspectabilis.
Vituperium, * Opprobrium, vituperatio.
Vivacitas, * Viriditas.

Vivifico, * Vitam do.
Ulcero, Exulcero.
Ulteriùs, * Longiùs.
Ultimatè, * Proximè.
Ultroneus, * Voluntarius, lectus ipse à se.
Unanimis, vel unanimus, * Concors, consentiens: una mente congruentes, consentientes, una voce, una mente consentientes, una atque constanti voce, una voce ac mente: voluntatum, studiorum, & sententiarum summa consensio, omnes uno ore consentientes, omnes ad unum idem sentientes, hominum consentiens authoritas.
Unanimitas, * Consentiens voluntas, unus consensus omnium.
Unanimiter, * Una mente, uno ore, omnes uno animo, atque una voce & consensu.
Uncinus, * Uncus.
Uncus, * Uncinatus.
Undecumque, * Ex omni parte, undiquè.
Uniformis, * Hujusmodi sui similis, ejusdem naturæ, constans, perpetuus.
Unigenitus, * Unigena, unicus.
Unio, * Concordia.
Unio, nis, * In unum conduco, congrego.
Universaliter, * Generaliter, generatim, universè, omninò.
Voluptuosus, * Voluptuarius, jucundus.
Vomitus, * Vomitio.
Voracitas, * Abdomen, edacitas.
Vulgariter, * Populariter, plebejo sermone.

Z.

Zelus, * Æmulatio.
Zephyrus, * Favonius.



DIC-

DICTIONARIUM PROPRIORUM NOMINUM

EX PROBATISSIMIS GRÆCÆ, ET LATINÆ LINGUÆ AUCTORIBUS CONCINNATUM, ATQUE DILIGENTIUS, ET ACCURATIUS, quàm antehac, emendatum & auctum. Ælio Antonio Nebrissensi, Grammatico, Chronographo Regio, Auctore.

CUI AD VOCUM AUGMENTUM IN HAC OMNIUM postrema editione (præter dictiones studio atque industria Joannis Lopez Serrani Malacitani additas) innumeræ aliæ adjiciuntur per Magistrum D. Guilielmum Ocahasa Presbyterum, Civem patricium, & Vicarium perpetuum Clonmeliensem in Hibernia, S. R. E. Notarium, & ex antiquiori D. Hieronymi apud Complutenses Theologorum Collegio Ecclesiæ Parochialis Oppidi de Ornos, Rectorem.

ADJECTÆ SUNT, UT IN ALIIS, ad calcem Recentiores, ac vulgares locorum propriæ appellationes, Alphabetica serie vice versa digestæ.

DICTIONARIUM LATINUM, HISTORICUM, AC POETICUM, omnia Gentium, Regionum, Urbium, Oppidorum, Fontium, Montium, Equorum, Fluviorum, Lacuum, Promontoriorum, Portuum, Sinuum, Insularum, Marium, Virorum, Mulierum, Deorum, Stagnorum, Ventorum, Syderum, Sylvarum, Solitudinum, Populorum, Vicorum, Speluncarum, Emporiorum,

Antiqua, recentioraque ad sacras, & prophanas Historias, Poëtarumque fabulas intelligendas necesaria nomina complectens: nunc denuò ab innumeris, quibus antehàc scatebat, mendis purgatum, cura & studio R.P. Fr. Eugenii Zeballos, August.

A ANTE A.

AA, amnis in Gallia Belgica.
Aalac, mons est in Syria.
Aarassus, civitas Pisidiæ.
Aaron filius Amram, Moysis frater, Hebræorum primus Pontifex consecratus.
Aaron, Sarracenorum Amirrhas.
Aaron, Persarum Rex.
Aasbai, filius Machari, 2. Reg. 23. v. 34.
Aastari, filius Assur ex Naara, interp. Cursor veredarius festinatio, currens, aut festinatio exploratoris, seu frater qui explorat 1. Paralip. cap. 4.

A ANTE B.

Aba, Xenophanis filia.
Aba, civitas Phocidis, *Strab.* lib. 10.
Aba, Ungarum Rex Austriam, & Babariam depopulatus est, Leonis Pontificis temporibus.
Aba, seu Abas, mons Armeniæ, undè oritur Euphrates.
Ababa, Maximini Imperatoris mater.
Ababus Samariæ Rex insolentissimus.
Abacena, civitas in Sicilia. *Ptol.*
Abacena civitas Medorum. *Ptol.*
Abacenum, urbs Siciliæ. *Steph.*
Abacus, Cevolæ Regionis, apud Indos Metropolis, quæ *Granata*, vulgò vocatur.
Abæ, arum, opp. Phocidis. *Strab.*
Abæi, populi urbis Phocidis.
Abęa, opp. in sinu Messeniaco.
Abader, lapis est teste *Prisc.* à Saturno pio Jove devoratus.
Abæatę, populi sunt Arcadię in sinu Messeniaco.
Abęra, ubs in Arabia deserta.
Abaga, Tartarorum Rex, & Armenię: Hierosolymam recuperavit. *Sabel.*
Abagarus, Persarum Rex: Hunc subegit Severus Imperator.
Abagarus, Edessenorum Princeps, morbo incurabili detentus, ad Christum scripsit, sanitatis per eum recuperandę causa. Itaque post Resurrectionem è mortuis, & Ascensionem ad cœlos. Tadęus, unus è septuaginta, juxta Christi promissum ab Apostolo Thoma Edessam missus est, ibique Abagarum, & filium ejus Audum, (alii, Abdum vocant) sanavit. Christianorumque sacris initiavit. Historia fusè recitatur à *Nicephoro*, lib. 2. c. 7. Sciendum tamen Abagarum, nonnumquam dici Abgarum, nonnumquam Agarum qui Abagarus dicitur ab *Eusebio*, lib. 1. cap. 12. & 13.
Abagius, Nilus fluvius dicitur, ut scribit *Paulus Jov* lib. 18. Histor.
Abala, nomen oppidi in Africa. *Plin.* c. 29.
Abali populi Indiæ, apud *Plin.* c. 19. lib. 6.
Abalites, sinus est maris Troglodytici. *Plin.*
Abalus, insula est maris Oceani. *Plin.*
Abana, pen. cor. fluv. Damasci in radicib. Libani exortus, in Syriacum mare funditur. 4. Regum 5. v. 12.
Abania, interp. *gratus domino.*
Abannæ populi Africę, vicini Coprariensibus.
Abantes, populi juxtà Pontum. *Orph.*
Abantias, adis, insula maris Mediterranei, Bœotiæ propinqua, dicitur & Abantis, aliter Eubœa.
Abantias, dicta est Atalanta apud *Musæum.*
Abantias, filia vel neptis Abantis.
Abantis, insula maris Ægei, toti illi Gręciæ littori opposita
Abantiadæ, dicti sunt incolæ Eubœæ insulę.
Abaortæ, populi sunt ad Indum fluv. *Plin.*
Abarbarea, Nais nympha apud *Homerum.*
Abarbarea, urbs insulę Taprobanę.
Abarim mons excelsus in Judæa, ubi Moyses mortuus est.
Abbaimon Scythiæ regio super Antropophagos.
Abaritana, regio Africæ.
Abaris, pen. cor. nomen proprium viri.
Abarnus, vel Abarnis, regio & urbs Parianę. *Steph.*
Abas, bantis, per simplex b. Argivorum Rex 12.
Abas, alius nobilis comes Ænec. *Virg.*
Abas, alius unus è Centauris.
Abascus, fluvius Sarmatiæ in Euxinum mare influens.
Abascui, populi Arabiæ.
Hermenii, pop. sunt Moschorum propè Colchos. *Perot.*
Hermes Trismegistus, Ægyptius Philosophus, post Mosem fuit. *Suid.*
Hermes alius, item Ægyptius Philosophus, auditor Syriani sophistæ, moriens juravit se immortalem esse, & incorruptibilem animam habere.
Hermes, dictus est Mercurius, deorum interpres.
Hermesia, opp. Joniæ regionis. *Plin.*
Hermete, dicta quæ posteà Lesbos. *Plin.* Vulg. *Metilini.*
Hermias, eunuchus Trapezitæ cujusdam famulus, Platonis Aristotelisque auditor.
Hermias, per quem delphinus in mare portabat.
Herminius, Romanus quidam. *Virg.* 11. Æneid.
Hermiona, opp. Peloponnesi, Junonis fano inclytum, *Vadian. Pompon.*
Hermionenses, pop. sunt Peloponnesi ab Hermiona. *Herod.*
Hermionicus sinus, ab Hermiona urbe dictus. *Strab.* lib. 8.
Hermione, filia fuit Menelai ex Helena.
Hermione alia, filia Martis & Veneris, uxor Cadmi.
Hermiones, pop. sunt Germaniæ ultimi. *Plin.* lib. 4. cap. 14. Pomeriani nunc vocantur, ut notat *Vadianus.*
Hermippus, Atheniensis poeta, frater Myrtilli comici, scripsit fabulas 40. *Suid.*
Hermippus Berytius, discipulus Philonis Biblii. *Suid.*
Hermisium, opp. ad Pontum Euxinum. *Plin.* lib. 4.
Hermocrates, Phocensis, clarus Sophista. *Philostr.*
Hermodorus Siculus, auditor Platonis, dictata quæ sub prę-ceptore audierat, in Sicilia venditabat. *Cicer.*
Hermodorus, Ephesius, qui à suis expulsus est. *Cic.*
Hermodotus, poetæ nomen, cujus sæpè meminit *Plut.*
Hermogenes, Trasensis sophista, cujus auditor M. Antonius Princeps fuit. *Volat.*
Hermoglyphus, marmorarius, & statuarius fuit.
Hermolaus quidam, qui contra Alexandrum conjuravit.
Hermolaus, Constantinopol. Grammaticus, scripsit epitomen in librum Stephani de Urbibus. *Suid.*
Hermolaus, statuarius inter eos qui ædes Principum signis nobilibus ornarunt. *Plin.* lib. 36. cap. 5.
Hermon, mons longè disjunctus ad Hierusalem, interpretatur *lignum exaltatum.*
Hermon, etiam dicitur piscatorium in Peloponneso.
Hermonactus, vicus Misiæ inferioris. *Ptol.*
Hermonasse, civ. est Ponti Pelemoniaci in Cappadocia. *Ptol.*
Hermonassa, civ. est Sarmatiæ Asiaticę. *Ptol.*
Hermonassa, insula parva in Bosphoro Cimmerio.
Hermontis, civ. Ægypti, à quo nomos dicta. *Ptol.*
Hermopolis, i, Mercurii civ. in Ægypto. *Ptol.*
Hermopolites nomos, Præfectura est Ægypti. *Ptol.*
Hermos, gener. neut. vicus Acamantidis tribus. *Steph.*
Hermotymbies, pop. Æthiop. Ægypti. *Herod.* lib. 2.
Hermunduri, pop. sunt Germanię. *Plin.* lib. 4. cap. 41. *Pueblos de Alemania, donde hoy es la Provincia dicha Misnia, cerca de la selva de Bohemia.* Micillus in Tacitum.
Hermus, fluv. es Joniæ, olim creditus auro fertilis. *Strab.*
Hernici, pop. sunt Italiæ Marsis finitimi.
Hernicus, a, um. ab Hernicis, unde Hernicus ager. *Plin.*
Hero, puella formosissima Veneris Sacerdos, quæ amore Leandri adolescentis corrupta fuit. *Ovid.* Vide *Ero.*
Herodes, Antipatri Idumæi filius, Judæorum Rex, regnavit annos 37: hic parvulos interemit.
Herodes, Antipas hujus filius, Lugduni vitam finivit.
Herodes Agrippa, Aristobuli filius, qui Jacobum occidit.
Herodes, Atticus, orationis gravitate, & vocis elegantia longè insignis. *Gell. & Philost.*
Herodes alii fuere, de quibus vide *Biblia.*
Herodianus, Alexandrinus, scripsit Cæsarum historiam. *Suid.* Floruit sub M. Antonio Cæs.

Herodotus, pen. cor. Halicarnasseus, scripsit historiam, l. 9.
Herodotum, patrem historiæ appellat *Cic.* lib. *de Leg.*
Heron, Atheniensis orator, scripsit commentarios in Herodotum Xenophontem, & Thucydidem. *Suid.*
Herona, civitas est Dalmatiæ. *Ptol.*
Heroompolis, id est, heroum urbs, in sinu Arabico. *Strab.*
Herophila, Sybillæ Eritreæ nomen. *Suid.*
Heropolites, nomos, Prefectura est Ægypti.
Heropoliticus sinus, est in sinu Arabico. *Plin.* lib. 5.
Heropolis, civitas est Ægypti. *Steph.*
Herostratus, vir scelestus, qui templi Dianæ Ephesiæ incendium, ut sibi inde famam acquireret, struxit. *Strab.* l. 14.
Herpa, civitas est Cataoniæ. *Strab.* lib. 12.
Herpes, opp. est Mauritaniç Tingitanç: undè
Herpesitani, pop. ab eadem urbe dicti. *Ptol.*
Hersilia, uxor fuit Romuli, posteà in Oram deam mutata. *Ovid.* 14. *Metam.*
Hesçnus, mons Pannoniam à Media sejungens.
Hesaias, nomen Prophetæ, qui in Hierusalem prophetavit, sub Manasse Rege in duas partes sectus. *Hesych.*
Hesiodus poëta, ex Ascra Bœotiç vico: unde Ascræus dictus, primus agriculturç prçcepta tradidit.
Hesiodus, dormiens somniavit, se repentè poëtam factum.
Hesiodius, a, um, possessivum, quod est Hesiodi. *Cic.*
Hesione, filia Laomedontis Regis Trojæ. *Virg.* lib. 8.
Hespera, insula est Africæ. *Herod.* lib. 4.
Hesperia major, dicta est Italia, à Hespero Atlantis fratre.
Hesperia minor, dicta est Hisp. ab Hespero, id est, Occidentali stella. *Servius.*
Hespericus, sinus est Libyæ interioris. *Ptol.*
Hesperides, appellatæ sunt Hesperi fratris Atlantis filiæ.
Hesperidum nomina sunt Ægle, Aretusa, & Hesperetusa.
Heaperidum horti in Africa quondam fuerunt.
Hesperii Æthiopes, pop. sunt Æthiopiæ interioris. *Ptol.*
Hesperionceras, promont. Africæ. Vulgò *Cabo verde.*
Hesperis, civ. est Libyæ. *Steph.*
Hesperius, civitas est Cyrenaicæ. *Pomp.* lib. 3. cap. 8.
Hesperius, a, um, res ad Hesperiam pertinens.
Hesperum, promontorium in Africa. *Plin.* lib. 5. cap. 1.
Hesperus, filius Japeti, Atlantis frater, à quo Italia, Hesperia.
Heseni, pop. sunt Judææ Palæstinæ, sine ulla viventes fœmina. *Plin.* lib. 5.
Hestia, pars est Thessaliæ. *Strab.* lib. 13. & *Ptol.*
Hestiæa, pop. est Acarnaniæ.
Hestiæa, opp. est Eubœæ. *Pomp.* lib. 2. cap. 7.
Hesychius, Milesius, scripsit Onomatologion nominum.
Herobema, civitas est Hisp. *Ptol.*
Hetruria, regio est Italiæ. *Plin.* lib. 3. Vulgò *Toscana.*
Hetruscus, a, um, res ad Hetruriam pertinens.
Hexagon, Legatus ad Romanos Oblogenum Cypri populorum. *Plin.* lib. 28. cap. 3.
Hexi, opp. est Hisp. propè Abderam. *Pomp.* lib. 2.
Hexitanus, a, um, res ad Hexi pertinens.
Hexopolis, civitas est Sarmatiæ in Europa. *Ptol.*

H ANTE I.

Hiampesus, alius ex duobus Parnassi jugis.
Hiarbas, Libyæ Rex, Jovis, ex Garamantide Nympha filius. *Virg.* 4. *Æneid.*
Hicalessus, aut Micalessus, opp. & mons Bœotiæ.
Hicesia, ins. una ex adjacentibus Siciliæ. *Ptol.*
Hidorici, pop. sunt Macedoniæ. *Herod.*
Hidruntum, vide Hydruntum.
Hiera, ins. una ex 7. Æoliis juxta Siciliam. Vulg. *Levenzo.*
Hiera, viæ nomen, sic dicta, quod ea irent Sacerdotes ad Eleusinam Cererem.
Hiera, nomen Nymphæ. *Virg.* 9. *Æneid.*
Hiera alia, uxor fuit Telephi Mysorum Regis.
Hiera, vel sacra extrema, opp. est Lyciæ. *Ptol.*
Hiera Sycaminos, i, *sacra morus*, civitas est Ægypti.
Hiera, urbs fuit quondam Lesbi insulæ. *Plin.* lib. 3.
Hiera, ins. una Cycladum, quæ alitèr Automale. Vulg. *Suda.*
Hieracum, vicus est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Hieracum, insula est adjacens Sardiniç. *Ptol.*
Hierça, exigua regio Libyæ in Cyrene. *Steph.*
Hieramices, fluv. est Decapolitanæ regionis. *Plin.*
Hierapolis, civitas est Syriæ curvæ, quæ Syris. *Magog.*
Hierapolis, civitas est Phrygiæ magnæ, contra Laodicæam.
Hierapolis, civitas est Cretæ in ora maritima. *Plin.*
Hierapolites, & Hierapolitanus, a, um, ab Hierapoli.
Hierapygiæ, civitas est Thessaliæ. *Strab.*
Hierapytna, opp. Cretæ in ora maritima. *Plin.* lib. 4. Vulgò *Ierapetra.*
Hierasus, fluv. est Daciæ. *Ptol.*
Hierax, civitas Præfecturæ Mareotæ Ægypti. *Ptol.*
Hieri, i, sacri, pop. sunt ultra Sauromatas.
Hierico, sive Hiericus, untis: Hiericus, ici, civitas est Judææ Palæstinæ, quæ Hebraicis Jericho.
Hiericuntius, a, um, res ad Hiericuntem pertinens.
Hiero, Syracusanorum tyrannus, pop. Romani amicus perpetuus fuit: mira corporis pulchritudine, & viribus præstans. *Just.* lib. 23.
Hiero, cognomento Ferreus, Atheniens, familiaris Nyciæ ducis Atheniensis.
Hierocæsaria, civitas est Lydiæ, l. Mœoniæ in Asia.
Hierocepia, id est, *sacer hortus*, ins. Cypri prop. Paphum.
Hierocomitæ, pop. Theutraniæ Pergameni conventus. *Plin.*
Hieron, sacrum promont. est in Hybernia ins. *Ptol.*
Hieron, oros, i, *sacer mons* in Creta insul. *Ptol.*
Hieron, promont. est Lusitaniæ. *Strab.* lib. 3.
Hieronesos, ins. est in mari Siculo. *Plin.* lib. 3. cap. 8.
Hieronymus, Siciliæ tyrannus, *Hieroni* patri successit.
Hieronymus, historicus Rhodius, familiaris Demetrii Poliorcetis. *Plut.* in Demetrio.
Hieronymus, Philosophus Rhodius, qui summi boni finem posuit in indolencia.
Hieronymus, id est, *sacrum nomen*, viri doctiss. ac santiss. proprium.
Hieropolis, urbs una ex tribus, quæ terremotu in Asia reciderunt.
Hierocopolienses, pop. Teuthraniæ Pergameni conventus.
Hieroscolpos, id est, *Sacer sinus*, propè Aradum civitatem est. *Steph.*
Hierosolyma, æ, Hierosolyma, orum, & Hierosolymæ, arum, civitas est Judææ Palæstinæ, quæ & Hierusalem.
Hierosolymitanus, a, um, & Hierosolymites, vel Hierosolymus, aliquis à Hierosolyma. *Cic. Suet.*
Hierosolymarius, dictus est Cn. Pompejus ab Hierosolymis expugnatis. *Cic. ad Atticum.*
Hierotheus, id est, *sacer* deus, nomen viri proprium.
Hierus, fluv. est Corsicæ, & Sardiniæ insulæ. *Ptol.*
Hii, pop. sunt Panoniæ superiosis. *Ptol.* Melius Bii.
Hilarius, Romanus Pontifex, ann. 461.
Hilarius, proprium nomen doctoris Ecclesiastici.
Hilleviones, pop. sunt Scandinaviæ. *Plin.* lib. 4.
Himantopodes, i. Loripides, pop. sunt Æthiopiæ.
Himella, fluv. est Italiæ. *Virg.* lib. 7. *Æneid.*
Himera, civitas Siciliæ. *Silius.* lib. 4.
Himera, fluv. est per mediam Siciliam fluens.
Himma, civitas est Syriæ Seleucidis regionis. *Ptol.*
Hiolcon, opp. in Thessalia, quod Thracenses Æmonii condiderunt. *Lucan.* lib. 3.
Hippa, civitas est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Hipadis, pelagus in Æthiopia sub Ægypto. *Ptol.*
Hiparchus, Astrologus, primus instrumenta mathematica invenit, scripsitque aliqua. *Suid.*
Hiparchus, Poëta comicus, cujus fabula Perigamon, id est, *de nuptiis* inscribitur. *Suid.*
Hiparchus alius, filius Pisistrati tyranni. *Thucyd.*
Hipparchus, quidam Eretriæ tyrannus.
Hipparis, fluv. in Camarina, cujus aquarum pars dulcis, pars salsa est. *Interpres Pindari.*
Hippassos, unus fuit è Centauris.

Hip

Hippasus, Philosophus Metaponticus, auditor Pytagoræ fuit.
Hippe, Chironis Centuri filia, in equam conversa.
Hipperides, orator Atheniensis, ęmulus Demosthenis.
Hippi, promont. est Syrtis magnæ in Africa. *Ptol.*
Hippi, ins. fuit Joniæ adjacens. *Plin.* lib. 5. cap. 29.
Hippia, Minerva dicta est ab Arcadibus. *Paleph.* lib. 2.
Hippias, Eleus Philos. discipulus Hegesidemi.
Hippias, Pisistrati filius, qui in Marathonia pugna cecidit, arma contra patriam ferens. *Cic.* ad Attic.
Hippicci, montes sunt in Sarmatia Asiatica. *Ptol.*
Hippini, opp. Cariæ, conventus Alabandici. *Plin.* lib. 5.
Hippion Argos, quod Achaicum dicebatur, Peloponnesi urbs, ab equis deduci videtur.
Hippius, fluv. est Ponti, sive Bithyniæ. *Ptol.*
Hippo Regius, opp. Numidiæ in Africa, Episcopatu D. Augustini insigne. Vulgò *Bona*.
Hippo Diarrhytus, i. Irriguus, opp. quoque Africæ non longè à priori, sic dictum, quod palustri solo madeat. *Plin.*
Hippo uterque à Græcis equitibus conditus. *Solin.*
Hipponensis ab utraque Hippone deducitur.
Hipponensis sinus, ab Hippone Diarrytho dictus. *Plin.*
Hipponesus, ins. è regione Cariæ in sinu Ceramico.
Hippo Caurasiarum, opp. Bœticæ, in Hisp. *Ptol.*
Hippo, puellæ Bœotiæ nomen. *Plat. in Pelopida.*
Hippo, opp. locrorum in Brutiis.
Hippocentauri, id est, *equorum stimulatores*, filii fuere Centaurorum. *Diodor. Sicul.*
Hippocoon, cum liberis ab Hercule interfectus.
Hippocorona, civitas est Cretæ insulæ. *Strab.* lib. 10.
Hippocoronium, alia civitas Cretæ. *Strab.* lib. 10.
Hippocrates, Cous medicus ita excellens, ut Æsculapio prognatus crederetur. *Suid.*
Hippocrates præter superiorem, Suidas quinque commemorat.
Hippocrates alius, dux Atheniensis in bello Peloponnesiaco. *Thucyd.*
Hippocrene, fons est Bœotiæ propè Heliconem, Musis sacer, juxta qui & Aganipe.
Hippocrene, fons quoque Caballinus appellatur.
Hippocrenides, Musæ ab Hippocrene fonte appellatæ.
Hippodamia, filia Oenomai, Regis Pisę, ac Elidis. *Serv.*
Hippodamia alia, Brisæ filia, quam Achilles secum abduxit expugnato Lyrnesso oppido.
Hippodamia alia, Anchisæ filia, quæ Alchatoo Trojano nupsit, quem Idomeneus in pugna occidit.
Hippodamus, Milesius, primus eorum qui in Repub. versati non essent, disseruit de optimo civitatis statu. *Arist.*
Hippodorus, dux Atheniensis, unus Codridarum, *Ælian. de Var. Histor.*
Hippodromus, Thessalus genere, patria Larissęus, inter Sophistas refertur. *Philostrat.*
Hippodromus, locus est in Libya circa Canopicum ostium.
Hippola, urbs vetus Laconica: gentile Hippolaites.
Hippolochus, filius fuit Bellerophontis, & Glauci pater.
Hippolochus alius, Antimachi Trojani filius ab Agamemnone interfectus. *Hom.* lib. 11. *Illiad.*
Hippolyte, uxor Acasti Regis Magnesiæ, quæ & Cretheis.
Hippolyte, Amazonum Regina, Thesei uxor. *Ovid.*
Hippolytus, filius fuit Thesei, & Hippolytes Amazonis.
Hippolytus, dictus fuit Virbius, eo quod bis vir fuerit.
Hippolytus alius, qui in Danielem, & Proverbia scripsit Comentarios. *Suid.*
Hippomachus, tibicen fuit Atheniensis, de quo vide Ælianum.
Hippomedon, ontis, viri proprium est. *Sil. Ital.*
Hippomenes, Neptuni nepos, Atalantam puellam cursu vicit.
Hippomolgi, pop. sunt insulis maris Scythici.
Hipponi, id est, *equorum statio*, locus in Numidia.
Hippona, dea erat equorum, quam stabularii maximè colebant. *Apul.* 2. *Metam.*
Hipponax, Poëta Ephesius à quo Jambicum Hipponacticum, quod & Scazon. *Plin.* lib. 36. cap. 5.
Hipponium, opp. est Brutiorum in Italia: undè
Hipponiates, sinus ab eodem Hipponio dictus. Vulgò *Golfo de S. Eufemia en Calabria.*
Hipponiata, sinus Crotonensium, qui Terinæus appellatur.
Hipponitis, stagnum est in Africa propria. *Ptol.*
Hipponesus urbs Cariæ, & alia Lybiæ. *Steph.*
Hippophagi, pop. sunt Sarmatiæ Asiaticæ Persidis regionis Scythiæ, equinos pedes habentes. *Ptol.*
Hippopodes, populi in Scythico Oceano ab equinis pedibus dicti.
Hippotamadę, vicus in tribu Oeneide. *Steph.*
Hippote, locus est propè Heliconem. *Plut.*
Hippotoxotæ, dicti sunt equestres sagittarii, qua voce utitur *Hircius*, lib. 5. *belli Asiatici.*
Hippuacra, id est equi promontorium, civitas Lybiæ.
Hippuri portus in Trapobana insula. *Plin.*
Hippuris, ins. est una è Cycladibus. *Plin.* lib. 4. cap. 12.
Hippus, mons est Syriæ Curvæ. *Ptol.*
Hippus, mons est & item vicus in Arabia Fœlici. *Ptol.*
Hippus, fluv. est Colchidis regionis. *Ptol.*
Hippus, opp. est Judæę Palęstinæ. *Plin.* lib. 5. cap. 15.
Hippus, ins. Erethriæ: item urbs Siciliæ. *Steph.*
Hipseus, filius fuit Asopi fluminis, qui Eteoli in auxilium venit contra Polynicem. *Stat.*
Hipsicatrea, uxor Mithridatis, quæ maximè virum dilexit.
Hira, civ. maritima Peloponnesi, juxta Pylum. *Hom.*
Hiracoda, urbs est ins. Arabiæ. *Diod. Sic.*
Hirasa, locus Libyæ, in quem Afri Batrum transtulerunt. *Steph.*
Hirminium, flumen est Siciliæ ins. *Plin.* lib. 3. cap. 8.
Hirpiæ, familię sunt non paucæ in Faliscorum agro. *Plin.*
Hirpini, pop. sunt in secunda Italiæ regione. *Plin.*
Hirpini, montes, per quos Aufidus fluv. Canusium præterfluit.
Hirus, mons est Asię: undè fluit Hermus. *Her.*
Hirtius, vel Hircius, Cons. cum Pansa collega in pręlio ab Antonio cæsus.
Hisarci, pop. sunt Alpini. *Plin.* lib. 4. c. 20. Vide Mesauci.
Hismaelitæ, pop. sunt, qui nunc Saraceni dicuntur.
Hispa, fluv. est Siciliæ. *Silius.*
Hispalis, Bœticæ Provinciæ urbs clarissima, Romanorum Colonia cognomine Romulensis. *Plin.* l. 3. c. 2. Vulgò *Sevilla.*
Hispalensis, res ad Hispalim pertinens.
Hispalensis conventus, opp. à latere dextro Hispalis.
Hispania, regio Europæ, eadem quæ Iberia, & Hesperia.
Hispania, in duas Provincias dividitur, scilicèt, citeriorem, & ulteriorem.
Hispania ulterior, quæ Bætica Provincia cognominatur. Vulgò *Andalucia.*
Hispania citerior, dicebatur etiam Tarraconensis.
Hispania ulterior, aliquandò pro Bœtica, & Lusitania simul intelligitur.
Hispania nobis protulit Quint. Senec. Mart. Silium, Lucanum, Prudentium, Pomponium Melam, & alios doctos innumeros.
Hispanicus, dicitur, qui Hisp. debellavit.
Hispanus, a, um, res ad Hispaniam pertinens.
Hispaniensis est, quod est Hispaniæ extra illam.
Hispaniensis est, quod non est Hispaniæ in illa.
Hispaniense, unum ex Rhodani ostiis. *Plin.* lib. 4. c. 4.
Hispellum, opp. est Umbrię Mediterraneum, à fulgineo lapide; nunc castrum est dirutum. Vulgò *Spello. Plin.* lib. 5.
Histi, statio est in Icaria insula. *Strab.* lib. 15.
Histiæa, civitas est Eubœæ insulæ. *Herod.* lib. 8.
Histięus, fuit Milesiorum tyrannus. *Herod.* lib. 6.
Histonium, opp. Italiæ, non procul à monte Gargano. *Pom.* Vulgò *Estomi.*
Histria, regio non ab Istro amne, sed ab Histro duce dicta, *Cato in Originib.*
Histri, pop. sunt Histriæ regionis incolę. *Plaut.*
Histricus, a, um, res ad Histriam pertinens.

H ANTE O.

Hoarus, fluv. est Mœotiorum, in Mœotidem paludem fluens. *Herod.* lib. 4.

Hodinas, unus è Græcorum præconibus in bello Trojano.
Hodomantica, regio est Macedoniæ. *Ptol.*
Hodomanti, pop. sunt Hodomanticæ. *Herod.* lib. 5.
Hœtichius. (quod hic corruptè legebatur.) Vide *Tychius.*
Holcades, pop. sunt juxta Iberium fluvium.
Holmiæ, promont. juxta Istmum Corinthi est. *Strab.* lib. 8.
Holmium, civ. Bœotiæ.
Holmos, civ. est Ciliciæ. *Strab.* lib. 14.
Holopixos, civ. est Cretæ Mediterranea. *Pomp.*
Homathrini, pop. sunt Italiȩ.
Homeritarum regio, est in Arabia Fœlici. *Ptol.*
Homeritȩ, pop. Æthiopiæ. *Steph.*
Homerus, Græcorum Poëtarum maximus, & eloquentissimus, & reliquorum Poëtarum fons. *Ovid.*
Homerus, à cæcitate nomen sortitus, cum prius Melesigenes diceretur: aliquid lippum tantum fuisse dicunt.
Homeri patria incerta est, nam *Septem urbes certant de stirpe insignis Homeri, Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Ios, Argos, Athenæ.*
Homericus, a, um, adject. quod Homeri est.
Homeridæ familia apud Chios illustris.
Homeromastix, Homeri flagellum, cognomen Zoili cujusdam.
Homole, civ. est Thessalorum in Macedonia. *Ptol.*
Homole, mons est Magnesiæ, sive Thraciæ. *Strab.*
Homolium, opp. est Magnesiæ. *Plin.* lib. 4. cap. 9.
Homoloides, portȩ sunt Thebarum Bœoticarum.
Homonades, populi sunt in confinio Ciliciæ, & Pamphiliæ. *Strab.* lib. 8.
Homœnea, Latinè *Concordia,* proprium mulieris Romanæ.
Honorius, viri proprium est apud *Catullum.*
Honorius Romanus Pontifex, ann. 625.
Honorius II. Rom. Pont. ann. 1124.
Honorius III. Rom. Pont. ann. 1216.
Honorius IV. Rom. Pont. ann. 1285.
Honoriades, patronymicum ab Honorio fecit *Claudianus.*
Horatius Cocles, Rom. vir claris. sic dictus, quod in prælio alterum oculorum amiserit, quasi *Ocles.*
Horatius Bulbillus, qui ædem Jovis Capitol. dedicavit.
Horatii alii tres fuere, qui cum Curiatiis Albani congressi sunt.
Horatius, Poëta Venusinus Lyricorum scriptor. *Crin.*
Hormenium, sive Ormenion, civ. est Magnesiæ.
Hormiȩ, opp. Italiæ, quod postea Formiæ.
Hormina, sive Ormina, opp. Pelopon. *Strab.* lib. 8.
Hormisda, Rom. Pont. ann. 514.
Hormius, sive Hormias, fluv. est Bœotiæ.
Hornoi, pop sunt non longè à Corintho. *Steph.* lib. 13.
Horodis, Rex Parthorum qui M. Crassum occidit.
Horomasdes, Jovis apud Chaldȩos nomen. *Sipont.*
Hortanum, opp. est Hetruriæ. *Plin.* lib. 3. c. 5. Vulgò *Horti.*
Hortenses, cognomine Urbinates, pop. Umbriæ in Italia.
Hortensia, Hortensii Romani filia eloquentissima.
Hortensius, Romanus Orator, causarumRex ob eloquentiam dictus. *Cic. in Bruto.*
Horus, Isidis fuit filius.
Horus, Assyriorum Rex. *Plin.* lib. 30. c. 15.
Horus ab Ægyptiis dicitur Sol. *Boccat auctore.*
Hossa, Tuscorum fluv. *Ptol.* Vulgò *Martha.*
Hostia, puellæ nomen, quam à se amatam *Propertius* Cinthiam dixit.
Hostiones, pop. juxta Oceanum Occidentalem. *Steph.*
Hothia, portus maritimus Ultoniæ in Hybernia.

H ANTE U

Hucuca, civ. est in Tribus Nephtali. *Jos.* 19.
Hugo, Italiȩ Rex. *Dult.* lib. 13. c. 14. (1173.
Huldenticus, Corinthiorum Princeps, circa annum salutis.
Hunni, pop. sunt Septentrionales Scythiæ Europȩæ.
Hunni, pop. à quibus Ungaria dicta. *Blond.*

H ANTE Y

Hya, opp. est Phocensium. *Hom.* 2. *Iliad.*
Hyacintha, orum, sacra nocturna à Lacedemoniis instituta in honorem Hyacinthi pueri, ab Apolline disci jactu interfecti. *Ovid.* lib. 30. *Metam.*
Hyacinthus, Amiclȩ filius, ab Apolline disco necatus.
Hyades, stellæ septem in cornibus, & ore Tauri.
Hyades, quoties nascuntur, vel occidunt, pluvias creant.
Hyades, erant Atlantis septem filiæ, à Jove in stellas versæ.
Hyadum nomina, Ambrosia, Eudora, Pasithoë, Coronis, Plexauris Pytho, & Tyche sunt.
Hyæa, urbs Lacrorum Ozolarum: gentile Hyæus. *Steph.*
Hyæla, opp. est Arabiȩ Fœlicis. *Ptol.*
Hyale, Nympha una ex comitibus Dianȩ. *Ovid.* 2. *Metam.*
Hyalus, flumen ab Homero celebratum. *Strab.* lib. 11.
Hyamea, urbs Messeniaci agri, una ex quinque. *Steph.*
Hyamion, urbs Trojana: gentile Hyamius.
Hyampolis, civ. est Bœotiæ in Achaja. *Ptol.*
Hyampolis, eadem quæ Hya, Phocensium oppidum.
Hyantes, pop. qui posteà dicti Bœotii.
Hyanthius, a, um, sive Hyanthæus, a, um, pro *Bœotius.*
Hyapea, urbs Phocidis ab Hyapo: civis Hyapeus. *Steph.*
Hyarotis, Indiȩ fluvius, qui miscetur Ascesinæ. *Strab.*
Hyas, filius Atlantis, & Æthræ, puer formosissimus. *Ovid.* lib. 3. *Fast.*
Hyas, antis, regulus Bœotiæ, à quo Hyantes populi dicti.
Hydeti, pop. sunt Galliæ Narbonensis. *Strab.*
Hybanda, insula Joniæ. *Plin.* lib. 2. cap. 89.
Hybele, civitas propè Carthaginem.
Hybernia, insula est in Atlantico Oceano mari non longè à magna Britannia, sita, atque post eandem insularum maxima: habet Hispaniam ab Austro, Britanniam majorem ab Oriente, solum Oceanum ab Occidente, ab Aquilonari vero parte Islandiam: longitudine ad tercentum, & triginta milliaria Hybernica, latitudine ad centum & sexaginta extenditur. *Cambrensis.* Vulgò *Irlanda.* Nonnuli scribunt *Hybernia*, alli *Ibernia.*
Hybernia, dividitur in quinque Provincias, nempè duas Momonias, Conaciam, Ultoniam, & Lageniam, ac Mediam particulam mediterraneam. *Cambrensis.*
Hybernia, sanctorum insula, sanctissimorum, doctissimorumque virorum officina & patria. *Guliman.*
Hybernia, ab hyberno tempore, propter magnitudinem hyemis, ut quidam asserunt, dicta: juxta alios autem, qui per *I* sine adspiratione scribunt, ab Ibero Hispaniarum Principe, aut fluvio dicta, *Cambrensis.*
Hybernia, à Scota regina, Scotia dicta, *Cambrensis.*
Hyberni, populi sunt Hyberniæ incolæ.
Hyberni Fidei Catholicæ tenascissimi. *Baron.*
Hyberni ab Hispani originem trahunt. *Julianus Petrus.*
Hybernus, Hybernicus, Hybernensis, Hybernia ortus, aut ejusdem incola.
Hybernense Concilium celebratur à Gratiano, cap. *Presbyter* 5. dist. 82. ex impresione Lugdunensi, ann. 1606.
Hybernense secundum Concilium, ann. 1152. sub Christiano, Episcopo Lismorino, & totius Hyberniæ Legato, refert *Flatesburius.*
Hybernense tertium Concilium, ann. 1172. sub Alexandro III. celebrat *Baronius.*
Hybernia, Hyberne, ierna, & iera nomina sunt Hyberniæ. *Claudiauns*, & *alii.*
Hyberus. Vide *Iberus.*
Hybla, oppidum est Siciliȩ Mediterraneum, Megara quoque dictum. *Ptol.* Vulgò *Mirilli.*
Hybla, mons oppido proximus, thymo abundans: undè
Hyblæus, a, um, sive Hyblacensis, res illius oppidi, aut montis.
Hyblon Siciliæ tyrannus, qui Hyblam condidit.
Hybreas orator ex Mylasis Cariæ urbe, ob eloquentiam, & sapientiam celebris.
Hybrianes, pop. sunt Ponti Euxini accolȩ. *Strab.*
Hycaron, oppidum Siciliæ. Laidis patria.
Hyda, opp. Lydiæ juxta Timolum montem.
Hydara, civ. est in confinibus Armeniȩ. *Strab.* lib. 12.

Hy-

Hydarcæ, populi Indici. *Steph.*
Hydarnes, nobilis Persa, qui cum Dario in Magum conjuravit Smerdin. *Strab.* lib. 11.
Hydalpes, fluv. est Medorum, in Indum defluens.
Hydata, civ. est in Dacia. *Ptol.*
Hydaticus, Oceanus in Æthiopia interiori.
Hyde, es, quę posteà Sardis cognominata. *Plin.*
Hydee, es, opp. Bœotię. *Strab.* lib. 9. (l. 5. c. 29.
Hydissa, sive Hydissus, opp. est conventus Alabandici. *Plin.*
Hydissenses, pop. sunt ab Hydissa cognominati.
Hydra, oppidum Ætholiç, quod posteà Lysimachia. *Strab.*
Hydra, serpens fuit multorum capitum in Lerna palude, cui aliquot scissis, totidem renascebantur.
Hydra, ins. est adjacens Africæ propriæ. *Ptol.*
Hydra, opp. est Mediterraneum Cyrenaicæ. *Ptol.*
Hydra, civ. & prom. est Æolidis in Asia propria. *Ptol.* & *Strab.*
Hydraces, pop. sunt Persarum. *Strab.* lib. 15.
Hydramia, urbs Cretæ, civis Hydramicus. *Steph.*
Hydrea, ins. juxta Trœzenem: gentile Hydreates. *Steph.*
Hydrilicę, pop. sunt conventus Cybiratici. *Plin.* lib. 5.
Hydria, ins. in Adria. *Pomp.* lib. 2. c. 7.
Hydrias, regio unde Marsyas defluit. *Herod.* lib. 5.
Hydrochous, signum cœleste, id est, *Aquarius.*
Hydrus, untis, sive Hydrunum, opp. Calabriæ. Vulgò *Otranto.*
Hydrussa, ins. quæ posteà Andros dicta. *Plin.* l. 4. Vulg. *Andro.*
Hydrusa, item cognominata Tenos ob aquarum abundantiam.
Hydrusa, civ, est in Attica regione. *Strab.* (Vulg. *Tine.*
Hyela, civ. est Italiæ à Phocensibus condita. *Strab.*
Hyerus. Vide Hyreus.
Hyettus, vicus Bœotię, ab Hyetto quodam Argivo. *Steph.*
Hyginus, Pontifex Romanus, ann. 152.
Hygris, civ. est Sarmatiæ Europææ. *Ptol.*
Hylactor, canis Actęonis nomen. *Ovid.* lib. 3. *Metam.*
Hylæa, terra est Scythiæ. *Herod.* lib. 4.
Hylæi, pop. Scythiæ, per quos labitur Hypanis fluvius.
Hylæum mare, quo Hylæa regio alluitur. *Herod.* lib. 3.
Hylæus, vicus est in Attica regione, de quo *Papinius.*
Hylæus, unus è Centauris, à Pirithoo invitatus ad nuptias. *Virg.* lib. 8. *Æneid.*
Hylami, urbs Lyciæ: gentile Hylamites. *Steph.*
Hylas, lacus, & fluv. Bithyniæ. *Solin.* cap 34.
Hylas, puer unicè ab Hercule dilectus. *Val. Flac.*
Hylatæ, populi Syriæ Cœles. *Plin.*
Hyle, opp. est Bœotiæ, celebre apud *Homerum.*
Hyle, urbs Cypri ubi Apollo Hyletes colitur. *Steph.*
Hylleessa, dicta Paros, una Cycladum. *Steph.* Vulgò *Pario.*
Hyllis, penins. Dalmatiæ, sive Liburnię. *Plin.*
Hylluala, vicus Cariæ, ubi Hyllus interiit. *Steph.*
Hyllus, qui & Prygius, fluv. est Phrygiæ. *Strab.* lib. 13.
Hyllus, filius Herculis ex Melita, Ægei fluminis filia.
Hylus, simplici *l*, filius Herculis ex Dejanira. *Ovid.*
Hylonome, fœmina Centaura, & biformis. *Ovid.* lib. 12.
Hymani, pop. sunt in Illyrica regione. *Plin.* lib. 3.
Hymela, fluv. apud *Virg.* lib. 7. *Æneid.*
Hymenæus, antiquis deus nuptiarum putatus est.
Hymera. Vide *Himera.*
Hymeræus, aut Himeræus, a, um, res ad Himeram pertinens.
Hymettus, mons est Atticæ regionis prope Athenas.
Hymettius, a, um, res ad Hymettum pertinens. *Horat.*
Hymdos, oppidum est conventus Alabandici. *Plin.* lib. 5.
Hyope, urbs Matianorum: gentile Hyopeus. *Steph.*
Hypacaris, fluv. qui per Nomadas Scytas labitur. *Pomp.*
Hypęa, sive Hype insula, una è Stœchadibus. *Plin.*
Hypæpæ, civ. est Lydiæ, seu Mœoniæ. *Ptol.*
Hypæpanus, a, um, res ad Hypepas pertinens.
Hypana, urbs Tryphyliæ: gentile Hypanęus. *Strab.* l. 8.
Hypania, civ. est Elidis in Peloponneso. *Ptol.*
Hypanis, fluv. Sarmatiæ per Hylęos fluens. *Herod.*
Hypanis, fluv. quoque Indorum est. *Solin.* cap. 65.
Hypanos, ins. est una è Cycladibus in Ægæo.
Hyparchus, Philosophus, qui de syderibus, & temporibus anni scripsit: interp. *Primus.*
Hyparthus, opp. est Bœotiæ. *Strab.*
Hypasii, pop. Orientales. *Strab.* lib. 15.
Hypata, civ. est Thessaliæ in Macedonia. *Ptol.*
Hypatia, mulier Alexandrina Theonis Geometræ filia, & uxor Isidori Philosophi, quæ varia disciplinarum genera professa est. *Suid.*
Hypathos, Phœniciæ amnis est. *Plin.* & *Pomp.*
Hypeleus, civitas est minoris Asiæ. *Strab.*
Hypenor, Princeps Trojanus, quem Diomedes occidit.
Hypenus athleta, qui primus Diaulo vicit. *Paus.*
Hyperborei, montes Septentrionales Sarmatiæ, sic dicti, quod supra Boreę flatum siti esse crederentur. *Ptol.*
Hyperborei item illorum montium accolæ.
Hyperdexio, regio Lesbi est, ubi Jupiter Hyperdexius, & Minerva Hyperdexia coluntur. *Steph.*
Hyperea, fons est celeberrimns in Thessalia. *Plin.* lib. 4. c. 8.
Hyperechius, Alexandrinus Grammaticus, sub Martiano Principe. *Suid.*
Hyperesia, quæ Ægira, opp. est Achajæ. *Hom.*
Hyperia, ins. est una è Cycladibus. *Plin.*
Hyperides, Atheniensis orator, æmulus Demosthenis. *Plut.*
Hyperion, onis, aliis Solis pater, aliis Sol ipse, quòd est super terras. *Ovid.* lib. 1. Fast.
Hyperionius, a, um, ut currus Hyperionius. *Valer. in Att.*
Hypermnestra, filia Danai, quæ sola Lynceo viro pepercit. *Ovid. in Epist.*
Hypernotii, pop. ultra Notum ventum siti.
Hyphali, stationes sunt in Cyrenaica regione. *Ptol.*
Hyphormus, portus est in Achaja. *Ptol.*
Hyphormus, portus est quoque Italię. *Strab.*
Hypius, urbs est, & fluv. sub Pontica Heraclea. *Steph.*
Hypobarus, Indię fluv. juxta quem arbores electrum producunt.
Hypochalcis, urbs Ætoliæ in Europa. *Steph.*
Hypoleo, promont. est Scythiæ. *Her.* lib. 4.
Hypsa, fluv. est Siciliæ insulæ. *Ptol.*
Hypsaltæ, pop. sunt Thraciæ, alii à Bisaltis. *Plin.*
Hypsea, Medeæ mater: item proprium cujusdam fœminæ cęcucientis.
Hypselis vicus Ægypti, cujus cives Hypselitæ. *Steph.*
Hypsenor, filius magnanimi Dolopionis. *Pomp.* 5. *Illiad.*
Hypsicratea, uxor fuit Mithridatis Regis Ponti. *Plut.*
Hypsile, civ. est metropolis in Ægypto. *Ptol.*
Hypsiliotes, nomos præfectura in eadem. *Ptol.*
Hypsipile, filia fuit Thoantis Regis Lemni.
Hypsipylęa telus, dicitur Lemnos ab Hypsipyle.
Hypsistę, Thebarum Bœotiarum portę. *Stat.*
Hypsitanææ aquę, sunt in Sardinia insula. *Ptol.*
Hypsizorus, mons est Macedonię. *Plin.* l. 4. c. 10.
Hypsus, Lycaonis filius, condidit Thyræum Arcadiæ urbem *Steph.*
Hypsus, Arcadię urbs. *Steph.*
Hyrcania, Regio est Septentrionalis Asię: undè
Hyrcani, pop. illius regionis cognominati.
Hyrcanum mare, quod & Caspium, quod *Ptolomæus* lacum facit. Vulgò *Mar de Bacan.*
Hyrcanus, mons, portio montis Tauri.
Hyrcanium, Judęæ oppidum, ab Hyrcano Principe dictum.
Hyreus, pauper quidam Bœotius pastor, qui Jovem, Mercurium, & Neptunum hospitio excepit, ab eisque filium Orion suscepit. *Ovid.*
Hyria, regio prope Aulidem. *Steph.*
Hyria, ins. est in Jonio sinu. *Strab.* & *Pomp.*
Hyria, civ. est Isaurię juxta Seleuciam: undè
Hyrienses, pop. ab Hyria Isauriæ dicti. *Plin.*
Hyria, urbs Apuliæ, juxta sinum Adriaticum. *Ptol.* Vulgò *Orca, en tierra de Otranto.*
Hyria, ę, opp. est Bœotiæ celebratum. *Plin.*
Hyria, appellata est, quæ posteà Zacenthus ins. Vulgò *Zante.*
Hyries, lacus ab Hiria cognominatus.
Hyrini, Hirpinorum sunt opp. in Italia. *Plin.*

Hyr-

Hyrmina, locus est in Achaja. *Strab.* lib. 8.
Hyrnithium, parva regio in Epidauro. *Steph.*
Hyrpi, pop. sunt Italiæ juxta Soractem. *Solin.*
Hyrri, pop. sunt Septentrionales. *Plin.* lib. 4.
Hyrtacides Nisus dictus ab Hyrtaco patre.
Hyrtacus, vir fuit Trojanus ex Ida monte. *Virg.*
Hysia, æ, vel Hysiæ, arum, urbs est Bœotiæ. *Stab.* lib. 9.
Hystaspes, Darii Persarum Regis ex Atossa uxore filius.
Hythmitæ, pop. juxta Liburnos, & Cyopios. *Steph.*

DE LITTERA I.

IA, fuit nomen filiæ Atlantis. *Hom.* lib. 14. *Odyss.* & Latinè *vox* dicitur.
Jambis, sive Lambisus, opp. Phœnices, quod Jeba.
Jari, pop. sunt Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Jabruda, civitas est Syriæ in Laodicena regione.
Jacca, civ. est Vasconum in Hispan. *Ptol.*
Jacchus, nomen est Bacchi ab *Jaccho*, id est, *clamo. Virg.* 6. (*Eglog.* 7.
Jacob, viri proprium, Latinè *atleta* interp.
Jader, fluvius Illyrici in Adriaticum mare fluens.
Jader, sive Jadera, opp. Dalmatiæ, sive Illyrici. Vulg. *Zara.*
Jader, fluvius Dalmatiæ in Adriaticum mare profluens, juxta quem est opp. Jadera *Lucan.* lib. 4.
Jadi, vicus est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Jadoni, pop. sunt Gallæci conventus Lucensis.
Jadua, fluv. est Germaniæ magnæ.
Jetia, civitas est in Sicilia insula. *Steph.*
Jagath, opp. est Mauritaniæ Tingitanæ. *Ptol.*
Jalysos, civ. est Rhodi insul. *Pomp.* lib. 2.
Jalysus, a, um, res ad civitatem illam pertinens.
Jamba, civitas est Babyloniæ regionis. *Ptol.*
Jambia, vicus Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Jamblichus, Pythagoricus Philosophus è Chalcide Syriæ, Porphyrii discipulus Constantini Magni tempore.
Jambrasus, Samus, à fluvio sic dicta. *Steph.*
Jamæ pop. sunt Scythiæ Asiaticæ. *Steph.*
Jamessais æstuarium Britannici maris, in quod Temesis fluvius illabitur. *Cæsar.* & *Plin.* lib. 1. cap. 3.
Jamnia, opp. est Palestinę, aut vicus. *Strab.*
Jamnelorum, portus in Palæstina. *Ptol.*
Jamnia, civitacula est Phœnices. *Steph.*
Jamno, civit. est minoris Balearis insulæ. *Ptol.*
Jana, prius dicta fuit, quæ deinde Diana, d. litteræ appositione appellata est, ut ait *Nigidius.*
Janæicoloni, quos Janus Pater in Hyrcaniam transtulit.
Janassa, Nympha dicta est, à suaviter regendo.
Janassum, opp. est Celticæ gentis in Hisp. *Pomp.*
Jangacaucani, pop. sunt Mauritaniæ Tingitanæ.
Janicula, cognominata fuit Italia à Jano Deo.
Janiculum, colonia quam Janus posuit ad ripas Tyberinas.
Janiculum, mons Romæ, ubi quondam Antipolis, sive Ænespolis. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Janiculum, opp. non procul à Roma. (traducta.
Janiculum, colonia à Jano in Mesopotamiam sub Babylonia
Janyra Nympha Oceani, & Tethyos filia. *Hesiod.*
Jannes, nomen incantatoris, ex eorum numero, qui Mosi restiterunt, cum signa faceret coram Pharaone, 2. *ad Timot.* 3.
Janta, puella Cretensis, uxor Iphidis, qui ex fœmina in marem mutatus est. *Ovid.*
Janalis, porta Romæ, à Jano dicta, quæ semper clausa permanebat, nisi cum bellum foret. (tus.
Janus, antiquissimus Ital. Rex, bifrons à gemina fronte dic-
Janum, Romani omnibus januis præfuisse ferunt, ob idque clavigerum vocarunt.
Janus, quadrigeminus etiam, & Junonius appellatus, quasi Kalendarum, quæ Junoni dicatæ sunt, princeps.
Janus, locus erat Romæ, ubi fœneratores consistebant è regione Basilicæ. *Ovid.*
Jani templum Romæ belli tempore aperiebatur, pacis claudebatur. *Servius.*
Jani, templum Romæ fuit ad infimum Argiletum.
Janalis, pen. prod. adject. ut virga Janalis.
Janxuatis, civitas est Libyæ. *Steph.*
Jaolchos, civ. Magnesiæ, quæ etiam Jolchos.
Jaones, pop. commilitones Leonidæ. *Strab.*
Japetus, Cœli, & Terræ filius, Promethei pater.
Japidia, regio est finitima Venetiæ regionis. Vulgò *Carsoda.*
Japides, pop. sunt Venetiæ regionis. *Strab.* lib. 7.
Japis, idis, vir Ætolus, qui in regione Venetiæ, opp. de nomine suo condidit. (*Otranto.*
Japygia, regio est Apuliæ, in finibus Italiæ. Plin. *Tierra de*
Japyges, pop. sunt Japigiæ regionis.
Japygium, promont. Apuliæ, quod, & Salentinum dicitur. Vulgò *Cabo de Santa Maria, en tierra de Otranto.*
Japyx, Dædali filius, à quo Japyges pop. *Solin.*
Japyx, ventus est ex Italiæ ora proficiscens, qui & Caurus.
Jarbas, Jovis, & Garamantidis Nymphæ filius, Getulorum Rex. Vide *Virg.* lib. 4. *Æneid.*
Jarcas, sive Jarchas, Indorum Philosophorum Princeps.
Jarcicus, mons est Mediæ. *Diod.* lib. 3.
Jardanus, fluv. est Peloponnesi. *Hom.* & *Strab.*
Jarnos, locus non longè à Chersoneso Thraciæ.
Jarsath, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Jarzeta, civ. est Libyæ interioris. *Ptol.*
Jas, pars Illyriæ, quæ posteà dicta est Jonica. *Strab.*
Jasa, civ. quæ imminet Rubro mari, ubi est terminus Provinciæ Moabitarum.
Jasis, idis, dicta est Atalanta, ab Jasio patre. *Virg.*
Jasius, Jovis, & Electrę filius, Dardani frater. *Virg.*
Jason, filius Æsonis, fratris Peliæ, Thessaliæ Regis.
Jasonis, res gestas referunt *Val. Flac. Justinus*, *Diod. Sicul.*
Jasonium, promont. est Ponti Polemoniaci in Cappadocia.
Jasonius, mons est Mediæ. *Ptol.* (Hodie *S. Thomas.*
Jaspis, opp. est Hisp. citerioris: unde Jaspenses. *Ptol.*
Jasum, opp. Peloponnesi: unde Jasides populi.
Jassi, pop. sunt Pannoniæ superioris. *Ptol.* 38.
Jassius sinus, à Jaso oppido eodem dictus. *Plin.*
Jassus, ins. est Cariæ, cum opp. ejusdem nominis. *Steph.*
Jassus, civ. est Armeniæ minoris. *Ptol.*
Jassus, civ. est Babyloniæ. *Solin.* cap. 22.
Jathrippa, civ. est Arabiæ prope Ægram. *Steph.* (*Meaux.*
Jatinum, civit. est Meldensium in Gallia Lugdunensi. Vulgò
Java, Hispaniæ civitas. *Ptol.*
Jaxamatæ, pop. sunt Sarmatiæ Asiaticæ. *Ptol.*
Jaxamatæ, pop. ad paludem Mœotidam. *Steph.*
Jaxartes, fluv. est per deserta Scythiæ fluens.
Jaxartes, fluv. est Bactrianorum in Asia.
Jaziges Metanastę, pop. sunt Septentrionales Europæ. Vulgò *Septem castra, vel Transylvania.*

I ANTE B.

Ibagia, opp. Ultonię in Hybernia, & Vicecomitis titulus.
Iberia, regio est Asiæ, finitima Colchis, & Albanis. Vulgò *Georgia.* (culta & habitata.
Iberi, secundum aliquos, ab Iberis, hoc est, Hispanis primo
Iberes, pop. sunt ejus regionis incolæ.
Iberia, à Græcis cognominata, quæ à nobis Hispania.
Iberia, pars est Hispaniæ, quæ infrà Iberum fluv. continetur. *El Reyno de Aragon.*
Iberi, pop. sunt Iberiæ, hoc est Hispaniæ.
Ibericum mare, quod alluit Hispaniam à Meridie.
Iberiacus, a, um, sive Ibericus, res ad Iberiam pertinens, ut terrę Iberiacæ. *Silius*, lib. 3.
Ibernia, vide Hybernia.
Iberus, Rex Hyberniæ, à quo nomen (ut quidam volunt) sortita est. (Vulg. *Ebro.*
Iberus, fluv. Hisp. citerioris, à quo Iberia dicta est. Hisp.
Ibertes, fluv. est Sami, ins. Joniæ. *Plin.* lib. 5.
Ibetha, civ. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Ibricania, opp. ac titulus Baronis in Momoniis.
Ibycus, Rheginus Poeta, de quo *Erasmus in Proverb.*
Ibylla, urbs Tarthessię: cives Ibyllini. *Steph.*

I ANTE C.

Icadius, prędo fuit cujus fatum describit *Cic. in lib. de Fato.*

Ica-

Icadistæ cognominati sunt Epicuri Philosophi. *Athenæus* lib. 17. (*Nicaria.*
Icaria, ins. est inter Samum, & Naxon in mare Icario. Vulgò
Icarium mare ab hac insula dictum; non ab Icaro Dædali filio, ut Poëte fabulantur.
Icaris, idis, & Icariotis, idis, dicta est Penelope. *Ovid.*
Icarius, Atheniens. Oëbali Laconum Regis filius, & Penelopes pater, in Bootem astrum cœleste versus.
Icarius, mons est Atticæ regionis. *Plin.* lib. 4. cap. 7.
Icaros, ins. eadem quæ Icaria.
Icarus, Dædali filius in mare decidens, Icario mari nomen dedit. *Ovid. Icarus Icarias nomine fecit aquas.*
Icesitani, pop. sunt Lusitaniæ in Hispania.
Ichana, opp. Siciliæ, gentile Ichanius. *Steph.*
Ichanenses, opp. sunt Siciliæ stipendiarii. *Plin.*
Ichara, ins. adjacens Arabiæ in sinu Persico.
Ichnæ, pop. est in ora Macedoniæ. *Plin*, lib. 4. c. 8.
Ichthyoësa, insul. est, quæ posteà dicta Icaria, nunc *Nicaria.*
Ichthyophagi, id est, *piscibus viventes*, pop. sunt Indorum. *Strab.*
Ichthyophagi, pop. sunt Æthiopiæ interioris. *Ptol.*
Ichthyophagi, pop. sunt Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Ichtys, promont. est Elidis in Achaja. *Thucyd.*
Icium navale, prom. Belgicæ, undè Cæsar in Britanniam trajecit. Vulgò *Cales.*
Icoana, opp. est Cariæ in Asia. *Ptol.* Meliùs Bitona.
Iconium, opp. est Bœticę, conventus Gaditani. *Plin.*
Iconi, pop. sunt Provinciæ Narbonensis. *Strab.* lib. 4.
Iconium, oppidum Lycaoniæ. *Strab.* lib. 12.
Iconium, oppidum in Cappadocia.
Iconium, oppidum in Asia Pontica. (*Coni.*
Iconium, opp. est Ciliciæ, in quo Cic. se habitasse ait. Vulgò
Icos, insul. una ex Cycladum Eubœæ proxima. *Steph.*
Icositania, regio est contributa Ilicis. *Plin.* lib. 5.
Icosium, opp. Mauritaniæ Cæsariensis. *Solin.*
Icosion, onis, opp. idem quod Icosium. *Plin.* lib. 5. cap. 2.
Icositanus Episcopus, Legatus Provinciæ Mauritaniæ Cæsariensis, ex Concilio Carthaginensi.
Ictimulorum, vicus est juxta Vercellas.
Ictus, Tarentinus palæstrita nobilis, omni vita Veneris expers, ut arti accomodatior esset. *Ælian.*
Icus, ins. est contra Magnesios. *Strab.* lib. 9.

I ANTE D.

Ida, sylva Trojana, judicio Paridi de pomo aureo nota.
Ida, altera sylva Cretæ, ubi nutritus fuit Jupiter.
Ida, mons est Æolidis. *Plin.* lib. 5. cap. 30.
Ida appellata fuit Dardani Scytarum Regis filia.
Ida, viri Trojanorum præconis proprium. *Hom.*
Idæa prius vocata est, quæ posteà Creta. *Diod.* Vulg. *Candia.*
Idæa, civ. Lycaoniæ in confinibus Galatiæ.
Idæi Dactyli, pop. fuerunt Cretæ ins. *Plin.*
Idæus, a, um, res ad Idam pertinens, ut Idæum nemus.
Idæus, Rhodius versificator, scripsit Rhodiorum res gestas.
Idicus, a, um, possessivum ab Ida monte. *Plin.* lib. 16.
Idalis, opp. est in Troade. *Plin.* & *Lucan.* lib. 3.
Idalium, Cypri ins. opp. Veneri sacrum.
Idalus, mons est Cypri, ad cujus radices situm Idalium.
Idalius, a, um, adject. ut Venus Idalia. *Virg.*
Idanthyrsus, Rex Scytharum, qui bello res magnas gessit.
Idara, civit. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Idara, civit. Syriæ curvæ. *Ptol.*
Idas, Aphariæ filius, virorum sui sæculi formosissimus.
Idaspes, fluv. qui suprà Hydaspes,
Ideondi, pop. sunt Alpium incolæ. *Strab.* lib. 4.
Idetania, sivè Edetania, regio Hisp. citerioris.
Idetes, pop. Iberici. *Steph.*
Idicara, civit. est Arabiæ desertæ. *Ptol.* Meliùs Adicara.
Idicara, civit. est Babyloniæ. *Ptol.*
Idii, montes sunt in Sarmatia Europæ.
Idmon, vates inter Argonautas, Apollinis & Asteriæ filius.
Idomena, civ. est Emathiæ in Macedonia. *Ptol.*
Idomenenses, pop. superioris Idomenæ.
Idomeneus, Rex Cretæ, Deucalionis filius.
Idonis, regio est Macedoniæ. *Ptol.*
Idothea, Præti Argivorum Regis filia. *Hom. in Odyss.*
Idrias, urbs Cariæ, quæ prius Crysaoris. *Steph.*
Idryeus, Hecatomni Cariæ regis filius, Mausoli frater.
Idubeda, mons est Hisp. citerioris, qui Ausensis.
Idubeda, fluv. est Hisp. *Plin.* lib. 3. cap. 3.
Idumæa, regio est Palæstinæ ab Occasu Jordanis.
Idumæus, a, um, ad Idumæam regionem pertinens.
Idumanis, fluv. est Britanniæ ins. *Ptol.*
Idumæ, civitas Idumæa.
Idunum, opp. est Noricæ regionis. *Ptol.* (cat.
Idya, dicta est mater Medææ à *Cicer.* quam *Ovid.* Hypseam vo-
Idyma, opp. est Cariæ regionis. *Ptol.*
Idyrus, urbs est & fluvius Pamphiliæ. *Steph.*

I ANTE E.

Jebba, opp. est Phœnices juxta Carmelum montem. (lyma.
Jebus, civ. est Metropolis, quæ posteà Salem, tertio Hieroso-
Jelia, civ. est Galliæ Cisalpinæ. *Strab.* lib. 5.
Jena, civitas Turingiæ.
Jena, æstuarium est Britanniæ ins. *Ptol.*
Jenysus, urbs Syriæ ditionis Arabum. *Herod.* lib. 3.
Jepianacra, prom. est Indiæ. *Solin.*
Jera, Nympha sic ab impetu dicta.
Jerasus, fluv. est Daciæ. *Ptol.*
Jernia, Arabum fluvius è monte Jerna oriens.
Jerna, sivè Juvernia, ins. Oceani, quæ Hybernia. Vulg. *Irlanda.*
Jerna, fluv. est Artabrorum in Hisp. *Pomp.* lib. 3.
Jernus, fluv. est Jernææ ins. *Ptol.*
Jernis, civ. est in Hybernia. *Ptol.*
Jerusalem, urbs est Judææ celeberrima.
Jes, jetis, civ. est in Achaja, *Tortellius.*
Jespus, opp. est Jacetanorum in Hisp. *Ptol.*
Jesus, nomen est Redemptoris, ac Salvatoris nostri.
Jesus, apud Hebræos disyllabum, apud Græcos trisyllabum.
Jeterus, Mysiæ fluvius. *Plin.* lib. 4. c. 26.

I ANTE G.

Igigile, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Igilium, sivè Iginium, ins. est in mari Tusco. *Pomp.*
Iginates, fluv. Aquitaniæ Occidentalis.
Iglones, pop. sunt Sarmatiæ Europæ.
Igletæ, pop. sunt Hisp. *Strab.* lib. 3.
Ignatius, Vulg. *Iñigo de Loyola*, primus Societatis Jesu auctor, atque institutor, nobili genere natus, & summa sanctimonia præditus.
Ignetes, pop. Rhodii. *Steph.*

I ANTE L.

Ilapinastes, unum è Jovis cognominibus apud Cyprios.
Ilarcuris, opp. est Hisp. *Ptol.*
Ilaris, civitas Lyciæ. *Steph.*
Ilas, fluv. est Britanniæ ins. *Ptol.*
Ilattia, Cretæ civitas. *Steph.*
Ilegium, opp. est Pelasgiotarum Macedoniæ. *Ptol.*
Ilerda, civ. est Hisp. citerioris. Vulgò *Lérida.*
Ilerdenses, pop. Hisp. conventus Cæsaraugustani.
Ilercaones, pop. sunt Hisp. citerioris. *Ptol.*
Ilercaones, dicuntur *Ptol.* qui Ilergaones. *Plin.*
Ilergetes, pop. sunt Hisp. citerioris. Ptol. *Los de Urgél.*
Ileston, opp. Bœotiæ celebre. *Hom.*
Illetta, civit. est Thessaliæ. *Plin.* lib. 4. cap. 8.
Ilia, quæ & Rea, Romuli, & Remi mater, à Marte compressa. *Virg.* & *Servius.*
Iliacus, a, um, qui in Ilio natus est.
Iliensis, qui alibi ortus in Ilio negotiatur.
Iliadæ, dicuntur Trojani viri, vel fœminæ.
Ilias, adis, opus Homeri clarissimum, de bello apud Ilium inter Græcos, & Trojanos.
Ilice, civ. Hisp. citerioris. Vulg. *Alicante*, y segun otros *Elche.*
Ilicitanus, sinus ab Ilice cognominatus. Vulg. *Golfo de Alicante.*
Ili-

Illicitanus, portus ab eadem civitate dictus. (di. *Pomp.*
Ilienses, pop. sunt Corsicę insulę antiquissimi, ab Ilio oriun-
Ilione, filiarum Priami natu maxima. *Virg.*
Ilionenses, pop. Italiæ. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Ilioneus, Phorbantis filius, eloquentia excellens. *Hom.*
Ilipa, cognomine Italica, opp. est Bæticæ. *Plin.*
Ilipulæ, duæ sunt in Bætica Provincia. *Ptol.* (*nevada.*
Ilipula quoque, mons ab eodem *Ptol.* ponitur. Vulg. *Sierra*
Ilipenses, sive Ilipulenses inde dicti.
Ilipensis, Episcopus ex Concilio Hispalensi: fortè Ilipulensis.
Ilissus, fluv. Atticæ, Musis sacer. *Papin.* lib. 4. *Thebaid.*
Ilissus, fluv. est Imbri insulæ. *Plin.* lib. 4. cap. 12.
Ilithyali, Lucina civitas est Ægypti.
Ilithya, dicta Diana, quę parientibus assistere putabatur. *Ovid.*
Ilium, civ. Phrygiæ, sive Troadis, quæ Ilion, & Ilios ab Ilo Rege ampliata, & Ilium nominata, cum prius Troja di-
Illetia, ins. est contra Ephesum. *Plin.* lib. 5. (ceretur.
Illiberis, opp. clarissimum Bæticę in Hispania quod hodie *Granada.*
Illiberis, opp. & flumen Provinciæ Narbonensis. *Plin.* lib. 3. cap. 4. Fortè *Salsas.*
Illiberitanus, a, um, ad Illiberos pertinens.
Illipa, Bæticæ in Hispania civitas. *Ptol. & Plin.*
Illipula, civ. Bæticæ in Hispania. *Ptol. & Plin.*
Illuro, civ. Tarraconensis Hisp. juxta montes Pyrenæos.
Illurco, opp. Hisp. Bæticæ. *Plin.*
Illyris, Liburniæ, seu Dalmatiæ portio est: nunc Esclavonia.
Illyri, pop. fuerunt Liburniæ regionis. *Plin.*
Illyricus, a, um, ut Nigrior Illyrica pice. *Ovid.*
Illyricum mare, quod adjacet regioni Illyridi.
Illyricanus, a, um, in Codice Justiniani legimus.
Illyris, ins. est in mari Lycio è regione Lyciæ. *Plin.*
Illorci, opp. in Europa situm. *Plin.*
Illorcitani, sive Lorcitani, pop. citerioris Hisp.
Ilua, sive Ilva, ins. est in mari Tusco. *Plin.* Vulg. *Elba.*
Ilucia, opp. Hisp. in Oretanis.
Ilunum, opp. est Hisp. *Ptol.*
Iluratum, opp. in Taurica Chersoneso. *Ptol.*
Ilurbida, civ. est Carpetanorum in Hisp. *Ptol.* (churis.
Ilurcis, Iberiæ urbs, à Sempronio Gracco, posteà dicta Grac-
Ilus, Trois Trojanorum Regis filius, qui Ilum ampliavit, nam à Dardano fundata est. *Virg.*

I ANTE M.

Imacarenses, populi Siciliæ mediterranei. *Plin.*
Imaduchi, pop. Scythici ad Caucasum montem.
Imaus, mons Indiam à Scythia dirimens, Scythiamque ipsam dividens in duas partes.
Imbarus, mons est Ciliciæ. *Plin.* lib. 5. cap. 27.
Imbreus, unus ex Centauris. *Ovid.*
Imbrasus, fluv. Sami ins. *Plin.* lib. 5. cap. 31.
Imbrinum, sive Simprinium, locus juxta Anienem.
Imbrini colles, & imbrina stagna, ab Imbrino. (*bro.*
Imbrus, ins. est contra montem Atho. *Plin.* lib. 4. Vulg. *Lem-*
Imeni, & Imensani, pop. sunt Britanniæ.
Imola, urbs in Æmylia, quæ olim Forum Cornelii. *Ptol.*
Imphes, pop. vicini Perrhæbiis. *Steph.*
Imyra, urbs Phœniciæ. *Steph.*

I ANTE N.

Ina, civ. est Syriæ curvæ. *Ptol.*
Ina, civ. quoque est in Sicilia insula. *Ptol.*
Inachia, regio quæ Jo vocabatur.
Inachis, ipsa Io Inachi filia, patronymic. fœmin.
Inachia, vocatur tota Peloponnesus. *Steph.*
Inachia, puellæ nomen adamata ab *Horatio.*
Inachium, oppidum Argos in Peloponneso.
Inachides, filius Inachi.
Inachidæ, Argivi dicti ab Inacho rege.
Inachus, fluv. Argivorum, & pater Iûs. (chius, â, um.
Inachus, Iûs pater, fuit primus Argivorum Rex, è quo Ina-
Inachius, a, um, *Virg. Inachiæ Juno pestem meditata juventæ.*
Inalpini, dicuntur qui Alpium initia, & fauces incolunt.

Inarime, ins. est in mari Tusco. *Plin.* Vulg. *Ischia.*
Inarime, à statione navium Æneæ, Ænaria dicta est.
Inatus, urbs Cretæ: alii montem & fluvium esse dicunt. *Steph.*
Incubi, dicti sunt Sylvani, ac Fauni.
Indara, Sicanorum civ. *Steph.*
India, regio Orientalis, quæ in duas dividitur.
India, citra Gangem, & India ultra Gangem.
Indiam, aliqui ob insignem vastitatem tertiam orbis partem esse tradiderunt.
Indi, pop. sunt incolæ utriusque Indiæ regionum.
Indicus, a, um, & Indus, a, um, adjectiva ab India.
Indica, urbs Iberiæ propè Pyrenæum.
Indigetes, sive Indigeti, pop. Hisp. citerioris.
Indus, fluv. est Indorum, à quo India appellata.
Indus, fluv. alter ejusdem nominis in Caria.
Industria, opp. est Gallię Togatæ. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Indus, fluv. est Illyridis, sive Liburniæ. *Ptol.*
Inferum mare, dicitur Tyrrhenum, sicut Superum Adriaticum.
Ingauni Liguriæ pop. fuerunt.
Ingeva, civitas est Galliæ Lugdunensis. *Ptol.*
Ingevones, pop. sunt Septentrionales Europæ. *Plin.*
Ingini, pop. Umbriæ in Italia. *Plin.* lib. 3.
Ingo, filius Haraldi Hyberni, Noruegiæ regis. *Saxo.*
Ingolstadium, civitas Norici juxta Danubium.
Ingriones, sive Ingevones, pop. sunt Germaniæ.
Inguinium, urbs Ligurię, vetustate nobilis. Vulgò *Albenga.*
Inisbegia, opp. ac portus maritimus Momoniarum in Hybernia.
Iniscachia, opp. Episcopale Momoniarum in Hybernia, portu maritimo, ac olim Universitate celeberrimum.
Iniscregia, insula Momoniarum in Hybernia.
Inissia, oppidum Momoniarum in Hybernia.
Innocentius, Romanus Pontifex, ann. 402.
Innocentius II. Roman. Pont. ann. 1130.
Innocentius III. Roman. Pont. ann. 1198.
Innocentius IV. Roman. Pont. ann. 1243.
Innocentius V. Roman. Pont. ann. 1276.
Innocentius VI. Roman. Pont. ann. 1352.
Innocentius VII. Roman. Pont. ann. 1404.
Innocentius VIII. Roman. Pont. ann. 1484.
Innocentius IX. Rom. Pont. ann. 1591.
Innocentius X. Roman. Pont. ann. 1644.
Innocentius XI. Roman. Pont. ann. 1676.
Innocentius XII. Roman. Pont. ann. 1691.
Innocentius XIII. Roman. Pont. ann. 1721.
Ino, fuit Cadmi, & Hermiones filia, uxor Athamantis Thebarum Regis. *Cicer.* lib. 2. *de Nat. Deorum.*
Insani montes memorantur in Sardinia à *Floro.*
Insibes, pop. sunt Africæ. (bernia.
Inquisinia, opp. ac titulus Baronis Momoniarum in Hy-
Insubres Galli, pop. Gallia Cisalpinæ, quorum metropolis Mediolanum. *Los del Ducado de Milán.* (*Milán.*
Insubria, regio cujus pop. Insubres dicuntur. *El Ducado de*
Insula viventium in Hybernia, ubi nemo mori potest. *Cambrensis.*
Insula boni dæmonis, est in mari Indico. *Steph.*
Insula Sanctorum, & insula sacra vocatur Hybernia. *Jocel Avennas.*
Insula Deorum, Hisp. adjacens. *Ptol.*
Insulæ Beatorum, i, Macarionesi, ad promontorium Tauri montis exhibitę. *Pomp.* lib. 2. cap. 7. (*triarca.*
Insula Veneris, adjacens Cyrenaicę regioni. Vulg. *Isla del Pa-*
Intemelium, opp. est Liguriæ. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Interamnates, pop. Italię ab Interamna oppido.
Interamna, oppidum est Prægutiorum in Italia dictum, quod inter amnes sit constitutum. *Ptol.* Vulgò *Terano en Abbruzo.*
Interamnium Flavium, opp. est Hisp. *Ptol.*
Interamnium, opp. alterum in Hisp. *Ptol.*
Masatar, fluv. est Mauritaniæ. *Plin.* lib. 5. cap. 1.
Masati, pop. sunt Mauritaniæ. *Plin. ibid.*
Maschane, urbs Scenitarum Arabum. *Steph.*
Mascotus, urbs Libyæ: & alia propè Hesperides. *Steph.*
Masdoranus, mons, qui Parthos ab Asia separat.
Masetis, palus quædam, & vicus, & ins. *Steph.*
Masices, pop. sunt Mauritaniæ. *Ptol.*
Massinissa, Numidarum Rex in Africa, prius Romanorum hostis, deinde amicus perpetuus. *Liv.*
Masitholus, fluv. est Libyæ interioris. *Ptol.*
Masitholus, à monte qui Theonochica, id est, deorum currus dicitur. *Flor.*
Massa, fluv. est Libyæ interioris. *Ptol.*
Massadalis, villa est Marmaricæ in Ægypto. *Ptol.*
Massagetę, pop. Scythiæ Asiaticæ Orientem versus. *Luc.*
Massagetes, pop. Thracię Septentrionales.
Massalia, fluv. est Cretæ ins. *Ptol.* Vulgò *Mesano.*
Massani, pop. sunt Arabiæ desertæ. *Ptol.*
Massaura, urbs Indorum: gentile Massauræus. *Steph.*
Massęsylii, pop. sunt Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Massia, civ. est in Peloponneso. *Strab.* (tesso. *Steph.*
Massia, Hispaniæ ulterioris oppidum, haud procul à Tar-
Massica, regio Bœticæ Tartesis opposita, quæ *Vitruvio* Maxia.
Massicus, mons est Campaniæ, optimi vini ferax: undè
Massicus, a, um, adject. ut munera Massica Bachi. *Virg.*
Massicum, dicitur ipsum vinum ex Massico monte proveniens. *Horat.*
Massilia, civ. est Provinciæ Narbonensis. Vulgò *Marsella.*

Mas-

Massilia altera, civ. Romanorum Narbonensis Provinciç.
Massiliensis, Massilianus, & Massilioticus, a, um, à Massilia dicuntur.
Massilioticum ostium, unum ex Rhodani ostiis.
Massylerius, eques Romanus Jurisconsultus tempore Tiberii non incelebris.
Massylia, Provincia est, quam quidam Getuliæ, & Numidiæ vicinam dicunt.
Massyli, & Massilæi, pop. Africæ; propriè dictæ. Unde Massylius, & Massylæus, & Massylus, a, um.
Massylæus, a, um. *Mart. Et Massylæum virga gubernat equum.*
Masta, mons est Æthiopiæ sub Ægypto. *Ptol.* (cap. 29.
Mastaura, civ. est Lydiæ: incolç Mastaurenses. *Plin.* lib. 5.
Mastiani, pop. juxta Herculis columnas, ab urbe Mastia. *Steph.*
Mastitæ, pop. sunt Mastæ montis accolæ. *Ptol.*
Mamastramelle, urbs, & palus Celticæ. *Steph.*
Mastusia, promont. est Thraciæ Chersonesi. *Ptol.*
Mastusia, vicus est Marmaricç in Ægypto. *Ptol.*
Matalia, civ. est Cretæ insulæ. *Ptol.*
Matelge, opp. est Garamantum in Africa. *Plin.* lib. 5.
Mateni, pop. sunt Sarmatiæ Asiaticç. *Ptol.*
Mateolani, pop. sunt Hirpinorum in Italia.
Mater magna, Terra dicitur, & mater alma, quod omnia alit, & mater deorum, quod omnia generat.
Matia, civ. est Umbrorum. *Dionys. Halicarnas.*
Matiana, pars Mediæ. *Steph.*
Matiani, pop. sunt Hirpinorum in Italia. *Plin.* lib. 3.
Matinus, mons est Apuliæ, buxis abundans. *Horat.*
Matissa, civ. est Corsicæ ins. *Ptol.*
Matites, pop. sunt Libyç interioris. *Ptol.*
Matium, opp. est Cretæ in ora maritima. *Plin.* lib. 4.
Matralia, matris Matutæ festa, tertio Nonas Julii celebrari solita. *Ovid.*
Matrici, pop. sunt Calliæ Belgicæ.
Matrinus, fluv. est Marucinorum in Italia. *Ptol.* Vulgò *Paomba, en Abruzzo.*
Matrona, pen. cor. fluv. est Galliæ Celtas à Belgis separans. Vulgò *Manne.* Auson. *Matrona non Gallos, Belgasque inter sita fines.*
Matrosalentinus in Sicilia. *Cic.* 4. *in Verrem.*
Mattiacæ pilç, quas Martialis pro *sapone* posuit.
Mattiacum, opp. est est in Germania. *Ptol.*
Mattiaci, pop. sunt Germaniæ, à Mattiaco.
Mattiaci, fontes sunt calidi in Germania trans Rhenum.
Mattilicates, pop. sunt Umbriæ. *Plin.* lib. 3. cap. 14.
Matisum, opp. est in Thera ins. quod & Macystum.
Matuta, dicta Aurora, quod matutino tempore prosit.
Matylus, civ. in ora maritima Pamphyliæ. *Ptol.*
Mavas, pop. est Æthiopiæ. *Plin.* lib. 5. cap. 8.
Maube, civ. est Mesopotamiæ, ad Euphratem. Melius Baume.
Mavitania. regio ad Provinciam Tarraconens. *Plin.*
Mavors, dicitur Mars per Epenthesim, sicut Navita pro nauta, quod magna vertat. *Cic. de Nat. deor.*
Mauritania, Africæ regio extrema juxta Gaditanum fretum, quo separatur ab Hispania.
Mauritaniam, Anteus ab Hercule victus, inhabitasse dicitur.
Mauritania Tingitana, regio est Occidentalis Africæ.
Mauritania Cęsariensis, regio superiori contermina.
Mauri, pop. sunt utriusque Mauritaniæ.
Mauritanus, a, um, possessivum à Mauritania, ut bellum Mauritanum.
Mauri, pop. sunt propè Hisp. *Sallust.*
Maurus, inquit *Lucanus* lib. 4. concolor Indo est.
Mauritius à Portu, Hybernus, Tuamensis Archiepiscopus plura scripsit, de quibus *Possevinus.*
Maurusii, dicuntur G. qui Lat. Mauri, & Mauritani.
Maurusii, extremi propè Oceanum populi.
Maurisiacus, a, um, res ad Maurisios pertinens.
Mausolus, Rex Cariæ, quem ulla re abstinuisse pecuniæ causa, scribit Theopompus ex *Suid.*
Mausoleum, sepulchrum Regis Mausoli, adeò pretiosum, ut inter 7. orbis miracula numeretur. Undè *Suetonius* Mauseolum, sepulchrum Cæsarum appellavit.
Mausoli, dicuntua Cares à Mausolo rege. *Steph.*
Maxilma, opp. Turdetanorum in Hisp.
Maximus Curio, vir erat, cujus authoritate curię omnes regebantur.
Maxuja, colonię Africę propriè. *Ptol.*
Maxula; vicus inter Bragadam, & Tritonem fluvios.
Maxyes Pœni, pop. Africę. *Herod.* lib. 4.
Mazaca, civ. Cappadocię sub monte Argeo, quam dicit urbium matrem *Steph.*
Mazacenius, a, um, res ad Mazacam spectans.
Mazazyla, vicus est Marmaricę Ægypti. *Ptol.*
Mazęi, pop. sunt Pannonię. *Ptol.*
Mazęum, civ. in Bithynia. *Steph.*
Mazaras, civ. est Armeniæ majoris. *Ptol.*
Mazares, Cyri Regis miles apud *Herod.*
Mazarini, pop. ab eadem Mazara dicti.
Mazaro, sive Mazerus, fluv. est Siciliæ. *Ptol.*
Mazax, Africæ pop. qui in torquendis missilibus non est inferior Pœnis. *Beroald.*
Mazeras, fluv. in ora maris Hyrcani. *Plin.* lib. 6. cap. 16.
Mazisces, pop. sunt Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*

M ANTE E.

Mearus, fluv. est Hisp. in ora Asturum. *Pomp.* lib. 3. Vulgò *Mearon.*
Mecha, civ. est Arabiæ Fœlicis, quam Sarraceni incolunt.
Mechelsus, civ. est Colchidis regionis. *Ptol.*
Mecisteus, unus fuit ex sociis Ajacis Telamonii. *Hom.*
Mecœnas, vir equestris ordinis, Hetruriæ Regis ortus, amicus Cæsaris Augusti. *Horat.*
Mecœnates, dicuntur bonarum artium protectores.
Mecolentum, ins. est in sinu Illyrico.
Mecyberna, opp. est Macedoniæ. *Plin.* lib. 4. cap. 10.
Mecybernæus, sinus eidem opp. adjacens. *Plin.*
Meda, civ. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Meda, urbs est Thessaliæ. *Perot.*
Medaba, civ. est Arabiæ Petreæ. *Ptol.*
Medea, filia Æetæ Regis Colchorum, Jasonis uxor. *Just.*
Medeni, pop. Africæ propriæ. *Ptol.*
Medesicastes, filia Priami notha. *Hom.*
Media, sive Mithia, particula Mediterranea Hyberniæ frumento, pascuis, armentis, piscibus, & carnibus fertilis. Hinc Comes Mediæ.
Media, prima prod. regio est latè patens in Asia.
Media, à Medo filio Medeæ & Ægei dicta est, ut *Solinus* refert.
Mediam à Medeo Japhet filio dictam esse ait *Josephus.*
Medi, pop. sunt regionis Mediæ.
Medius, & Medus, a, um, res ad Mediam pertinens.
Medina, opp. est Brutiorum in Italia. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Medinesla, opp. est Cariæ contributum. *Plin.* lib. 5.
Mediolanum, opp. est Xantonum in Gallia Aquitanica. Vulgò *Saintes.*
Mediolanum, civ. est Germaniæ. *Ptol.* Vulg. *Monasterio.*
Mediolanum, opp. est Britanniæ. *Ptol.* Vulg. *Manchestre.*
Mediolanum, civ. est Gallorum Insubrium Principe Medo adaucta. *Cat. in Fragmentis originum.* Vulgò *Milán.*
Mediolum, opp. Hisp. Vulg. *Medina Cœli.*
Mediomatrices, & Mediomatrici, pop. Belgiæ. Vulgó *Metz de Lorena.*
Medioxumi, dii minores antiqui dicti sunt. *Plaut.*
Meditrina, dea medicamentorum antiquitùs. *Fest.*
Meditrinalia, sacra erant deæ Meditrinæ. *Fest.*
Medoacus minor, fluv. Patavinorum propè Padum. Vulgò *Bacchillone.*
Medoacus major, fluv. Galliæ Cisalpinæ. Vulgò *Brenta.*
Medoaci, portus inter Menetias, & Fossam Clodiam.
Medon, unus fuit ex Centauris. *Perot.*
Medon, filius nothus fuit Oilei ex Matre Rhyna. *Hom.*
Medon, unus procorum Penelopes. *Ovid.*
Medon, unus ex nautis, qui à Baccho in delphinos mutati fuerunt. *Ovid.*

Me-

Medulli, pop. sunt Provinciæ Narbonensis. *Ptol.*
Medulli, pop. sunt Alpini. *Plin.* lib. 3. cap. 15.
Medullina, virgo Romana ab ebrio patre in tenebris violata. *Plut. in Parallel.*
Medullum, opp. fuit Latii quod interiit.
Medullum, opp. est Vindeliciæ. *Ptol.* Vulg. *Melding.*
Medullus, mons est Cantabriæ. *Floro de Bel. sub Aug.*
Medusa, filia fuit Phorci ex Cetho conjuge, una Gorgonum: inde
Medusæus, a, um, adject. ut Os Medusæum. *Ovid.*
Medylli, pop. sunt in Provincia Narbosensi.
Medyllia, urbs ab Albanis condita: gentile Medyllinus.
Megaa, fons est in agro Syracusano.
Megabyzi, sive Megalobizi, dicebantur Dianæ Ephesiæ sacerdotes, quos eunuchos esse oportebat. *Quint.*
Megaclides, Philosophus Peripateticus, tempore Protagoræ. *Diog. Laërt.*
Megęra, una ex tribus furiis infernalibus. *Virg.* lib. 12.
Megale, ins. propè Smyrnam. *Plin.* lib. 3. cap. 13.
Megalesia, dies qui dicatus erat magnæ deorum matri cæremoniis: undè ludi Megalenses.
Megalia, prædium Pollianum est apud *Papinium.*
Megalopolis, civ. est Arcadiæ. *Strab.* lib. 9.
Megalopolitanus, a, um, res ad Megalopolim pertinens.
Megara, quæ & Mura, civ. est Siciliæ ins. *Ptol.* Vulg. *Augusta.*
Megara, orum, civ. est Atticæ regionis. *Plin.* lib. 4. cap. 7.
Megarensis, e, sive Megaricus, a, um, ab utraque.
Megareus, a, um. *Ovid. Namque mihi genitor Megareus.*
Megareus, filius fuit Onchesti, & Pater Hippomenis: à quo Megaricus, a, um. *Ovid.*
Megaricum, opp. Bithyniæ. *Steph.*
Megaris, urbs alia in Ponto, alia Illyrica, alia Molossiæ. *Steph.*
Megaris, etiam Nisæa vocabatur à Niso Pandionis filio. *Steph.*
Megaris, idis, regio est in Achaja: à qua bulbi Megarici.
Megaris, ins. est adjacens Neapoli. *Plin.* lib. 3. Vulg. *Ovi.*
Meges, unus fuit ex Græcorum Principibus, qui ad Trojam venerunt. *Homer.*
Megista, ins. & urbs in mari Lycio. *Plin.* lib. 5. cap. 13.
Megubricenses, pop. sunt Hisp. stipendiarii.
Mejonis, appellata est quondam Cyprus. Vulg. *Chipre.*
Melanchrena, Sybilla Cumana, à quibusdam dicta est. *Arist.*
Melæna, insula, quæ alio nomine Corcyra appellatur. *Strab.* Vulg. *Corfu.*
Melęne, opp. in Arcadia inter Heream, & Megalopolim.
Melęum, promont. est Peloponnesi: aliàs Mela.
Melambotius, ventus, qui campum quendam Provinciæ Narbonensis infestat. *Strab.* lib. 4.
Melampea, urbs Lydiæ: gentile Melampeus. *Steph.*
Melamphillum, mons est in Thracia. *Plin.* lib. 5. cap. 11.
Melamphyllus, ins. nomen in Asia. *Plin.* lib. 5. cap. 31.
Melampus, filius Amythaonis, & Dioripes. *Hom.*
Melampus, nomen canis apud *Ovid.* lib. 3. *Metam.*
Melanchlæni, pop. sunt Septentrionales. *Pomp.* lib. 1.
Melandia, regio Sicyoniæ: gentile Melandius. *Steph.*
Melane, locus est in Attica regione.
Melane, ins. contra Ephesum. *Plin.* lib. 5. cap. 13.
Melanes, sinus adjacens Thraciæ. *Ptol.* Vulg. *Golfo de Caridia.*
Melanes, vel Nigromontes, juxta deserta Arabiæ. *Ptol.* Hodie mons Sinai, vel mons S. Catharinę.
Melangitæ, pop. sunt Arabiæ Fœlicis.
Melania, locus est in Cilicia. *Strab.* lib. 14.
Melanida, ins. quæ Melos Cretæ adjacens.
Melanippium, fluv. Pamphilię: gentile Melanippius. *Steph.*
Melanogætuli, pop. sunt Libyæ interioris. *Ptol.*
Melanthia, filia fuit Decaulionis ex Pyrrha. *Hom.*
Melantius, vir Trojanus, quem Euryphilus occidit.
Melanthius, pastoris proprium apud Theocritum.
Melanthius, pictor, fingendi cura præcipuus. *Quint.*
Melantho, filia Prothei senis, quam Neptunus in Delphinum versus violavit.
Melanthus, qui & Melanthius, fluv. in Pontum cadens.
Melanyon, dictus est Hippomenes, eo quod pomis certamen confecerit. *Propert.*
Melanum, ins. est in sinu Ceramico.
Melanus, fluv. est Thraciæ. *Ptol.*
Melas, fluv. est Mygdoniæ. *Ovid.* lib. 2. *Metam.*
Melas, fluv. est Pamphyliæ. *Pomp.* lib. 1. cap. 14.
Melas, fluv. est Thraciæ. *Plin.* lib. 4. cap. 11.
Melas, fluv. est Bœotię à Parnaso profluens. *Stat.*
Melas, fluv. est Arcadię. *Strab.*
Melchiades, aut Miltiades Pontifex Romanus, anno. 311.
Melcomani, pop. sunt Liburniæ. *Plin.* lib. 5, cap. 22.
Meldi, pop. sunt Galliæ Lugdunensis. *Ptol.*
Meldica, civ. est Africæ propriæ. *Ptol.*
Meleager, filius Oenei Regis Calydoniæ Althęa conjuge. *Ovid.* lib. 6. *Metam.*
Meleagræa, Calydon urbs dicitur, quia Meleager in ea imperavit. *Perot.*
Melegene, ins. in mari Adriatico adjacens Dalmatiæ. Vulg. (*Melina.*
Melena, ins. est postea Cephalonia dicta.
Meles, is, & etis, fluv. Joniæ Smyrnam abluens. *Plin.*
Meletus, a, um, Tibull. *Meleteas nec Mallum mittere Chartas.*
Melefigenes, nomen Homeri, qui propter cæcitatem Homerus nomen est appellatus.
Meletius, præsul in Ægypto Vitianæ sectæ.
Meleum, promont. est in Peloponneso.
Melia, urbs Cariæ; gentile Melicus. *Steph.*
Meliboea, urbs est Magnesiæ proxima Thessaliæ, patria Philoctetæ Pæantis filii. *Herod.* lib. 6.
Meliboeus, a, um, res ad Meliboeam pertinens.
Meliboeus nomen pastoris, dictus quod boum curam habeat. *Theocrit.* & *Virg.*
Meliboeus, mons est Germaniæ magnæ. *Ptol.* Vulgò *Los montes de Hessia, hasta Misnia.*
Melicerta, filius Athamantis Thebarum Regis, & Inûs.
Meligunis, ins. una ex Æolis, Lipara aliàs dicta. *Steph.*
Melii, à Lacedęmonibus genus ducunt. *Herod.* lib. 7.
Meliodonum, opp. est Germanię. *Ptol.*
Melissus, Rex fuit Cretę, qui primus diis sacrificavit.
Melissus, Corinthiorum pagus, à quo dictus Melissæus Abronis filius.
Melita, ins. inter Siciliam, & Africam in mari Libyco. Vulg. (*Malta.*
Melitæus, a, um, & Melitensis, adjectiva à Melita: unde Melitæi Catuli. *Plin.* lib. 3. cap. ultim.
Melita, opp. est Atticæ regionis. *Steph.* & *Plin.*
Melitara, civ. est Phrygię magnæ. *Ptol.*
Melitea, opp. est Magnesiæ. *Plin.* lib. 4. cap. 9.
Melitene, regio Armeniæ minoris juxta Euphratem, & civ. ejusdem regionis. *Plin.* lib. 6. cap. 3.
Melitene, regio est in Susiana regione. *Ptol.*
Melitæa, urbs Thessalię: civis Melitæus.
Melitus, nomen ejus qui Socratem accusavit.
Melitusa, urbs Illyrię: gentile Melitusæus. *Steph.*
Melius, Hybernus Episcop. & S. Patritii discipulus, de cujus virtutibus, & miraculis scripsit. *Jocelinus.*
Melizandrus, Poëta Milesius, Centaurorum, & Lapitharum bellum scripsit. *Ælian. de varia histor.*
Mella, fluv. est Galliæ, juxta quem Amello herba nascitur. *Serv.*
Mellanicus Probus, Hybernus, scripsit quasdam homilias, vivebat anno 260. *Possevinus.*
Mellaria, civit. est freti Herculei.
Mellaria, opp. in Bætica, aliud ab eo quod infra ponitur.
Mellaria quantum conjicimus, est Tarifa, Pomponii Melæ patria, ut ipse ait lib. 2. *Geograph.*
Mellifontia, opp. ac titulus Vicecomitis Ultoniæ in Hybernia.
Melo, nomen fluv. qui Nilus, & Geon est appellatus.
Melobosis, Nympha Oceani, & Tethyos filia. *Hesiod.*
Meloboter, eadem est quæ Egę, arum.
Melodunum, opp. est Gallię in ins. Sequanæ. *Cæsar.*
Meloessa, ins. una ex Syrenusis ante Lacinium. *Pomp.*

Melos, ins. una è Sporadibus, Cretæ adjacens. *Pomp.* Vulgò *Melo.*
Melphes, fluv. est Lucaniæ in Italia. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Melpómene, una è Musarum tragædiarum inventrix, à modulando nomen trahens. *Virg.*
Melpum, opp. fuit Italiæ Transpadanæ. *Plin.* lib. 3. cap. 17. Vulg. *Melzi.*
Melsus, fluv. est Asturum in Hisp. *Strab.* lib. 3.
Meltenses, pop. Asiæ Dario tributarii. *Herod.* lib. 3.
Meltizanum, opp. Africæ propriæ. *Plin.* lib. 5. cap. 43.
Melussa, ins. Hisp. sed in qua parte non scribitur.
Memaliarus, unus ex Cadmi sociis, Theram insulam condidit. *Steph.*
Membliarius, ins. propè Theram, & Anaphem. *Steph.*
Memii, pop. sunt Galliæ Narbonensis. *Plin.* lib. 3.
Memmius, vir Consularis, qui de ambitu postulatus fuit.
Memnon, filius Tithoni, qui Trojanis in auxilium veniens ab Aquille fortiter pugnans occisus fuit. (ger.
Memnonius, a, um, adject. ut color Memnonius, id est, ni-
Memnonides, aves dicuntur ex cineribus Memnonis.
Memnor, vicus est Mediterraneus Ægypti. *Ptol.*
Memnones, pop. sunt Æthiopiæ Ægypti. *Ptol.*
Memnonea, urbs suprà Cohaspem fluvium: quæ Susa quoque dicitur. (*Cayro.*
Memphis, civ. est Ægypti Regia, & antiquissima. Vulgò *El*
Memphi, pop. Memphim habitantes.
Memphites nomos, præfectura Ægypti à Memphi dicta.
Memphiticus, a, um, res ad Memphim pertinens. *Ovid.*
Memprycus, Rex Britanniæ, qui fratrem Malyum Regno exuit, & vita, ut eo mortuo regnaret. *Volat.*
Mena, dea apud Rom. quæ mentruis fluxibus pręerat.
Mena, primus Ægyptiorum Rex, circa annum mundi 2251.
Menace, opp. est Hisp. in Bætica propè Malacam. (*Diod. Sic.*
Menæ, a, arum, opp. est Siciliȩ ins. *Ptol.* Vulgò *Mineo.*
Menæni, pop. sunt Siciliæ à Menis dicti.
Menæ, ins. duæ in Æthiopia Ægypti. *Ptol.*
Menæchmi, apud Plautum comœdia, in qua ejusdem nominis fratres introducuntur.
Menechmus, Philosophus Platonicus, Eudoxi auditor.
Menæchmus, historicus Sicyonius, scripsit historiam Alexandri Magni. *Suid.*
Menala, villa est Marmaricæ in Ægypto.
Menalaites, Præfectura ab ea dicta.
Menalcas, nomen pastoris apud *Virg.* 3. *Eglog.*
Menalippe, fuit Antiopes, Amazonum Reginæ soror.
Menalippea, ins. una ex Chelidoniis duabus.
Menalippides, Poëta, scripsit Dithyrambicorum libros plures, & poëmata, & epigrammata. *Suid.*
Menalippides junior, scripsit Lyrica, & Dithyrambica. Vixit apud Perdiccam Regem Macedoniæ. *Suid.*
Menalippus, Thebanus quidam, Tydei interfector. *Steph.*
Menalippus, Tydei frater quem Tydeus in venatu fertur peremisse, ob idque exulasse. (amavit.
Menalippus, Trojanus, quem Priamus ob virtutem filii loco
Menander, Atheniensis comicus, scripsit fabul. 80.
Menander Laodiceus, scripsit commentaria in Hermogenem.
Menander, hæreticus impius, qui Simoni Mago successit. *Irenæus*, & *Euseb.* lib. 3.
Menandræus, a, um, adject. quod Menandri est.
Menandriani, hæretici à Menandro dicti. *Euseb.*
Menapia, ins. est in mari Britannico. *Plin.* (*Juliers.*
Menapii, pop. sunt Galliæ Belgicæ. Vulgò *Los de Gueldres, y*
Menaria, aut Mȩnaria, ins. est in mari Tusco. *Plin.* l. 4. c. 6.
Mende, urbs Syciliæ, propè Palicos. *Steph.*
Mende, opp. est Macedoniæ. *Plin.* lib. 4. cap. 10.
Mendes, etis, sive Mendis, Ægypti urbs. *Prisc.*
Mendesii, pop. sunt ab eodem oppido dicti.
Mendesii, pop. est Ægypti. *Herod.* lib. 2.
Mendesium, unum ex ostiis Nili fluminis. *Plin.* lib. 5. cap. 10.
Mendesium, Ægypti oppidum: incolæ, Mendesii appellantur. *Herod.* lib. 2.
Mendiculea, civ. est Hisp. in Lusitania. *Ptol.*
Mendoza, familia illustris in Italia, quȩ à Roderico quodam origenem traxit.
Mendus, sive Mindus, opp. Asiæ propriè dictæ.
Menæceus, Creontis Thebanorum Regis filius, qui oraculo edito largitus est patriæ suum sanguinem. *Strab.* lib. 7.
Menecina, opp. fuit Oenotriæ, à qua Menecinæi. *Steph.*
Menecis, urbs ultima Phocensium, quæ ad Occasum vergit.
Menecrates, Syracusanus medicus, nullam medendo mercedem accepisse dicitur. *Suid.* & *Plut.*
Menecrates alius, comicus poëta fuit. *Suid.*
Menedemium, civit. est Pamphiliæ. *Ptol.*
Menedemus, Phædri discipulus, nobilis Philosophus inter Socraticos. *Laërt.*
Menedemus alius, Lampsacenus Cynicus Philosophus insigniter superstitiosus. *Laërt.*
Menelaus, filius fuit Atrei, & Æropes, Rex Spartæ, qui Helenam in uxorem habuit.
Menelaus, urbs Ægypti. *Strab.* Regio, Menelaites. *Steph.*
Menelajum, parva regio Spartæ: posses. Menelaicus. *Steph.*
Meneleus, unus fuit ex Centauris.
Meneleus, unus ex canibus Actæonis. *Ovid.* lib. 3. *Metam.*
Menenia, gens Romæ fuit.
Menephron, viri proprium, qui cum matre concubuit. *Ovid.* lib. 7. *Metam.*
Menes, primus omnium in Ægypto regnavit. *Herod.*
Menestho, nomen Nymphæ à memorando dictæ.
Menesthius, fuit Arithoi & Philomedusæ filius, ex Arna civitate, quem Paris in bello Trojano occidit. *Homer.*
Menestheus, Athenarum dux, Thessei, & Phædræ filius.
Menestheus, nomen aurigæ Diomedis.
Menestratus, sculptor præstantissimus fuit.
Meneus, fluv. est in Peloponneso, *Strab* lib. 8. (*Gelves.*
Meninx, ins. circa Africam Lotophagis proxima. *Plin.* Vulgò
Menia columna, locus Romæ. *Cic. pro Sestio.*
Menippus Phœnix, Philos. Cynicus, conditione servus, ut ait *Macrob.* & *Laërt.*
Menippus Stratonicensis, Ciceronis pręceptor. *Cic. in Bruto.*
Menippus, poëta comicus, ut tradit *Suid.*
Menismini, pop. sunt Æthiopiæ. *Plin.* lib. 7.
Menius, Lycaonis filius, qui à Jove fulmine percussus est, quod eundem detestaretur.
Menius, Consul Rom. ann. ab urbe 430.
Menoba, opp. est Bæticæ in Hisp. Vulgò *Velezmalaga.*
Menoba quoque *Plin.* fundus est Bæticæ.
Menocalenes, pop. sunt Alpini. *Plin.* lib. 3. cap. 20.
Menœtius, filius fuit Actoris ex Ægina, Patrocli pater.
Menophilus, eunuchus fuit, cui Mithridatis filiam in arce quadam servandam dedit. *Ammiam. Marcel.* lib. 16.
Menophilus alter, apud *Martialem.* lib. 7.
Menosca, civit. est Vardulorum in Hisp. citeriori.
Menlearia Hisp. urbs. *Ptol.* Vulg. *Marcia*: aliis *Bejar de Melena.*
Mensa Solis, locus describitur in Æthiopia. *Solin.*
Mentercosa, civitas Hispaniæ in finibus Celtiberiæ. *Ptol.* lib. 2. cap. 6.
Mentesa, opp. est in Hisp. Vulg. *Jaén.*
Mentoas, fluv. olim dicebatur, quem nunc Danubium appellamus. *Eustathius in Dionys.*
Mentor, fuit in vasis cælandis mirus artifex. *Plin.* l. 33. c. 11.
Mentoreus, a, um, ut Mensȩ Mentoreȩ. *Juven.*
Mentores, gens fuit Liburnorum. *Plin.* lib. 3. cap. 21.
Mentum, opp. in Peloponneso. *Strab.* lib. 8.
Menus, vir fuit inter Samnites, qui mirè solitudinem amabat.
Menuthias, insul. adjacens Æthiopiæ interiori. *Ptol.* Vulgò *Madagascar*, ó *Isla de San Jorge*, aliis *S. Laurentii.*
Meonia, Regio Asiæ minoris: vide suprà *Mæonia.*
Meoriga, opp. est Hisp.
Mepach, villa est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Mephyla, opp. est antiquum Latii. *Dionys. Halicarn.*
Mera, proprium nomen sacerdos Veneris. *Stat.* lib. 8.
Mera, Præti & Antiæ filia, à Diana in canem versa. *Ovid.*

Me-

Meraria, ins. est adjacens Balearibus. *Plin.*
Mercurius, Jovis filius, ex Maja Atlantis filia, ita dictus, quod mercibus præsit; vel quod inter ementes & vendentes sermo medius curat.
Mercurius, modo Hermes, Gyllenius, Ligius, Nomius, modo Argiphontes dicitur.
Mercuriales, collegium, vel sodales in honorem Mercurii. *Cicer. ad Quint. Fratrem.*
Mercurii, opp. in Ægypto, quod Hermopolis.
Mercurii, promont. in Africa propriè dicta. *Ptol.*
Meronde, opp. est Samnitum in Italia. *Plin.*
Merocrates: vide Menecrates.
Meroneorum, pop. sunt juxta Euphratem.
Mereoces, auriga Idomenęi, unus ex Gręcis fortissimis, qui ad Trojam venerunt.
Meris, ins. est in mari Lycio. *Plin.*
Mermessus, urbs Troję, patria Erithreæ, Sibyllæ *Steph.*
Merna, ins. est adjacens Libyæ in Oceano Occidentali.
Mero, dictus est Tiberius Nero per jocum, quod impendio vinosior esset. *Tranq. in Tiberio.*
Merob, primogenita Regis Saul. 1. Reg. 14.
Merobgia, opp. est Hisp. Lusitanicæ. *Ptol.*
Meroë, civ. est in Meroë, ins. Æthiopiæ Ægypti.
Meroë, es, ins. est Nili fluv. in Æthiopia Ægypti. Vulg. *Saba, Isla del Nilo, donde predicó San Mateo.*
Meroëni, pop. dicuntur incolæ ejus insulæ.
Merope, Atlantis, & Plejonis, filia, quæ Sisypho nupsit.
Merope, sive Meropis insula, quæ posteà Cos. Vulgò *Lango.*
Meropia, insul. una Cycladum, quæ posteà Siphnus, & Acis appellata est. *Plin.* Vulg. *Sisano.*
Meropus, mons Gręciæ juxta Thessaliam.
Meros, mons est Indorum, sub cujus radicibus Nysa civitas constituta. *Curt.* lib. 7.
Merucra, opp. est Bæticæ in Hisp. *Plin.*
Merula, fluv. est Liguriæ. *Plin.* lib. 3. cap. 5. Vulg. *Meira.*
Mesada, civ. est Arabiæ Petreæ. *Ptol.*
Mesammones, vel Nasamones, pop. prope Syrtim majorem.
Mesapia, Apulia à Mesapo Rege dicta. *Strab.* lib. 9.
Mesapus, mons inter Medos, & Pæonios. *Arist.*
Mesarine, civ. est Idumææ propè Judæam. *Ptol.*
Mesathea, ins. propè Thraciæ Chersonesum.
Mesauci, pop. sunt Alpini. *Plin.* lib. 3. cap. 19. *Los moradores entre el valle de Muestcina, y Bellinzona en Lombardia.*
Meschi, mons est Æthiopiæ interioris. *Ptol.*
Mese, es, ins. est una Stechadum. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Meses, ę, inter Boream, & Cæciam medius. *Plin.* lib. 2. c. 47.
Mesembria, opp. est celebre in Thracia. Vulgò *Mesember*, Civis Mesembrianus.
Mesembriacus, a, um, quod ad Mesembriam pertinet.
Mesi, pop. sunt in eadem Thracia. *Plin.*
Mesia, palus est Germaniæ. *Pomp.* lib. 3. cap. 3.
Mesia, sylvia in Tuscia. Vulgò *Bosco de Baccano.*
Mesola, civit. est in Peloponneso. *Strab.* lib. 9.
Mesomedes, Poeta Adriano Principe clarissimus. *Suid.*
Meson, Astrologus unus ex his, qui Atheniensibus ascriptus fuit, navigaturis in expeditionem Siciliæ.
Mesopontius Neptunus qui in Ereso, Lesbi civitate colebatur. *Steph.*
Mesopotamia, Asiæ regio inter Tigrim, & Euphratem, unde nomen habet; μέσος enim medium sonat, & ποταμός fluvium.
Messa, sive Messena, civ. est Peloponnesi. *Strab.* lib. 7.
Messa, regio Judææ in qua habitaverunt filii Jectan. Gen. 10. *Hieron. in locis Hebr.*
Messa, nomen viri. 4. Reg. 11.
Messabatæ, pop. sunt Persidis regionis. *Ptol.*
Messala, dictus est Valerius Corvinus, quia Messanam in Sicilia devicit, undè Messalarum familia.
Messalina, filia Barbari Messalæ, consobrini Claudii Imperatoris, summæ libidinis mulier. *Suet.* & *Juven. Satyr.* 6.
Messana, civ. est in freto Siciliæ ins. Vulg. *Mesina*: à qua Messanenses dicti.
Messana, à Messeniis condita, quæ priùs Zancle dicebatur.
Messanicus alveus, ex Pado Ravenam deductus. *Plin.*
Messapia, regio eadem, quæ Calabria.
Messapia, civ. quæ Varia Apuliæ dicitur. *Plin.* lib. 3.
Messapius, a, um, res ad Messapiam pertinens.
Messapus, Neptuni filius, qui Turno contra Æneam suppetias dedit. *Virg.* lib. 8.
Messeis, fons est Thessaliæ. *Strab.* lib. 9.
Messena, regio est in Peloponneso, Regnum Nestoris.
Messene, es, civ. in eadem regione.
Messenius, a, um, res ad Messeniam pertinens.
Messenii, pop. sunt Messanæ in Sicilia. 11. *Ptol.*
Messias Hebraicè, Græcè CHRISTUS, Latinè Unctus dicitur.
Messoa, urbs Laconiæ; gentile Messoates. *Steph.*
Messogis, mons Lydiæ; indè Messogites vinum. *Steph.*
Mesthles, unus ducum, qui Trojanis in auxilium venerunt. *Hom.*
Mestudia, civ. est Hisp. *Florus historicus.*
Mesua, peninsula est in Provincia Narbonensi. *Pomp.*
Mesula, opp. est Germaniæ. *Ptol.* Vulg. *Maidbourg.*
Mesulani, qui *Ptol.* dicuntur Misulani, pop. sunt Africæ.
Metabus, Sisyphi filius, qui Metaponto nomen dedit. *Steph.*
Metacanus, opp. est Asiæ propriè dictæ.
Metachæum, arx Bœotiæ, quam alii Methachærum nominant.
Metacompso, locus est in Ægypto. *Ptol.*
Metagonium, prom. est Numidiæ in Africa. *Pomp.* lib. 1. c. 7. *Cabo de tres Arcas.*
Metagonitis, à Græcis terra eadem dicitur, quæ à Latinis Numidia. *Plin.* lib. 5. cap. 3.
Metagonitis, ponitur juxta Molochat fluvii ostia. *Ptol.*
Metallinensis, colonia est Hisp. Lusitanicæ. *Ptol.*
Metanastæ, qui Jazyges, pop. Septentrionales Europæ. Vulg. *Los de Transilvania.*
Metapinum, unum ex ostiis Rhodani. *Plin.* lib. 3. cap. 4.
Metapontium, opp. Ital. in sinu Tarent. Vulgò *Felicor.*
Metapontini, pop. sunt Metapontii incolæ.
Metarus, opp. est Hisp. *Ptol.*
Metaurus, fluv. est in littore Brutio. Vulg. *Seminara en Calabria.*
Metaurenses, duplices sunt, Urbinates, & Trifernates.
Metelis, civ. est Metropolis in Ægypto. *Ptol.* Unde Metelites, nomos Præfectura in eadem.
Metelli ex plebe fuere viri, attamen clari victoriis, & Magistratibus. *Liv.* lib. 19.
Metellus Cæcus, Pontifex Romanus, qui de Pœnis speciosissimum triumphum egit. *Liv.* lib. 39.
Metellus alius, à Macedonia devicta, Macedonicus dictus fuit.
Metelli, alii plures fuere, de quibus vide *Livium*, & *Ciceronem.*
Meterosa, civ. est Hisp. *Ptol.* Vulg. *Pedraza de la Sierra.*
Methona, sive Metona, civ. Pelopon. Vulg. *Modon.*
Methone, opp. est Magnesiæ, sive Thessaliæ. *Plin.*
Methuriades, insulæ sunt in sinu Megarico inter Æginam, & Atticam. *Steph.*
Methydrium, opp. est Arcadiæ. *Strab.* lib. 8.
Methymna, civ. est Lesbi insul. *Ptol.*
Methymna, civ. est Locridis regionis. *Strab.*
Metibi, populi sunt Sarmatiæ Asiaticæ. *Ptol.*
Metii, pop. qui maris Rubri insulas colunt, Dario tributarii.
Metilis, urbs in Ægypto ad Nilum. *Pomp.* lib. 1. cap. 9.
Metina, ins. contra Rhodani ostium. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Methiocus, Miltiadis Atheniensium ducis filius.
Metis, Nimpha Oceani, & Tethyos filia. *Hesiod.*
Metiscus, Turni auriga. *Virg.* lib. 12. *Æneid.*
Metita, civ. est Armeniæ minoris. *Ptol.*
Metius Suffetius, Albanorum dux, fuit tempore Tullii, Romanorum Regis. *Liv.* lib. 2. *ab Urbe.*
Metius Carus, delator insignis fuit. *Plin. in Epist.*
Metius Geminus, dux Tusculanorum, superatus à Romanis in Bello Latino.
Metius Curtius, Sabinorum dux contra Romulum.

Me-

Metonia, civ. est Persidis. *Ptol.*
Metonium, opp. est Sarmatię in Europa. *Ptol.*
Metoponcrius, i, *frons Arietis*, prom. Cretæ.
Metoponcrius, promont. est Tauricæ regionis.
Metores, pop. sunt Persidis regionis. *Ptol.*
Metoroma, civ. est Ponti Polemoniaci in Cappadocia.
Metra, meretrix, liberi forma Erisichthonis cujusdam Thessali filia. *Ovid.* lib. 8. *Metam.*
Metrodorus Lampsacenus, Epicuri discipulus. *Strab.*
Metrodorus Atheniensis Carneadis auditor, pictor, & Philosophus. *Cic.* lib. 1. *de Oratore.*
Metrodorus Sceptius, qui Philosophicam vitam in civilem mutavit, Mithridati Regi charissimus. *Strab.* lib. 13. & *Cicer.* 1 *Tusc.*
Metrodorus Chius, qui universum sempiternum esse dicebat.
Metrodotus Melicus, artem memoriæ ita consummavit, ut nihil non eisdem verbis redderet auditum. *Plin.* lib. 7. c. 24.
Metropolis, civ. est Sarmatiæ in Europa. *Ptol.*
Metropolis, civ. est Estiotarum in Macedonia. *Ptol.*
Metropolis, civ. est Lydiæ Mœoniæ. *Ptol.*
Metropolis, civ. est Phrygiæ Magnæ. *Ptol.*
Metropolis, urbs Thessaliæ, alia Acarnaniæ, alia Doridis, tres aliæ in Ponto. *Steph.*
Metropolitæ, pop. sunt incolæ harum civitatum.
Metua, civ. est Hisp.
Mevania, opp. est Umbrorum in Ital. *Ptol.* Vulg. *Bevaña.*
Mevanates, & Mevanienses, prædicti oppidi incolæ. *Plin.*
Menius, pessimus poëta. *Horat.* & *Virg.* inimicus.
Meura, civ. eadem quæ Megara. *Ptol.* Vulgò *Augusta.*
Mezentius, Rex Tyrrhenorum summus deorum contemptor. *Virg.* lib. 11.

M ANTE I.

Miacorus, urbs Chalcidica: civis Miacorius. *Steph.*
Mibæ, pop. sunt Africæ. *Strab.*
Micipsa, Numidarum Rex, Massinissæ Regis filius. *Salust.*
Midale, fœmina venefica inter Centauras. *Senec.*
Midas, Gordii Bubulci filius, & Rex Phrygum.
Midea, urbs olim in Argo, nunc vicus. *Steph.*
Mieza, civ. Macedoniæ, quæ olim Strymonium.
Mifartia, opp. ac titulus Baronis Momoniarum in Hybernia.
Migo, villa est Marmaricæ in Ægypto. *Ptol.*
Mildia, opp. ac sedes Episcop. Ultoniæ in Hybernia.
Miletius, Hisp. Rex, ac pater Iberi, & Erimonis Hyberniæ regum.
Miletus, civ. est Metropolis in Jonia, à Mileto Apollinis filio condita, & à Persis diruta. *Herod.*
Miletus Joniæ caput, Cadmi olim domus. *Sol.* cap. 35.
Miletus, opp. fuit Cretæ ins. *Homer.*
Miletus, opp. fuit Æolidis. *Plin.* lib. 5. cap. 30.
Milesius, a, um, à Mileto: undè Milesia stragula.
Miletopolitæ, pop. sunt Æolidis. *Plin.* lib. 5. cap. 30.
Miletus, filius fuit Apollinis, & Argeæ, Cleochi filię.
Milyas, regio est in Asia minori. *Steph.*
Milyæ, prædictæ regionis populi, qui prius appellabantur Solymi. *Herod.*
Milyra, urbs posteà Epidauris dicta. *Steph.*
Milo, nomen proprium viri Romani: undè
Milonianus, a, um, adject. ut oratio Miloniana.
Milo, item Crotoniensis athleta, homo fuit stupendæ fortitudinis, qui bovem ictu pugni interemit.
Milo, montis nomen in India, in quo homines nascuntur aversis plantis. *Plin.*
Milonia, urbs Samnitium: gentile Miloniates. *Steph.*
Miltiades, Dux Atheniensium qui 10. suorum millibus sexcenta Persarum millia profligavit. *Just.* lib. 2.
Miltiades, vel potius Melchiades, Pontifex Romanus, ann. 311.
Milvius, pons Romę, de quo *Florus* de bello sub Lepido Mart. A ponte redit Milvio. Vulgò *Ponte Molle.*
Milyæ, arum, pop. sunt Ciliciæ regionis. *Plin.*
Mimaces, pop. sunt Africæ regionis propriè dictæ. *Ptol.*
Mimalion adolescens, qui Atalaniam puellam venatricem in Arcadia amavit. Sunt qui eundem, & Mesaagrum fuisse putent. *Prop.* lib. 1. *Eleg.* 1.
Mimallis, cognominata est Melos ins. *Plin*, lib. 4. cap. 12.
Mimallones, Bacchæ mulieres, à Mimante Joniæ monte.
Mimalloneus, a, um, res ad Mimallones spectant. *Pers. Torva Mimalloneis implerunt cornua bombis.*
Mimallonides, cognomen fuit Bacchantium mulierum.
Mimas, antis, mons Joniæ regionis in Asia minori. (*Carm.*
Mimas, gigantis nomen fuit, quem Jupiter fulminavit. *Hor.* l. 3.
Mimermnus Lygyrtiadę filius, Elegiarum scriptor. *Suid.*
Mimnedus, urbs Lydorum: gentile Mimnedius. *Steph.*
Minæi, pop. sunt Arabiæ Fœlicis: undé thus Minæum. *Plin.* lib. 12. cap. 14.
Minava. *Silius* lib. 88. *Scopulosaque jura Minavæ.*
Mincius, fluv. est Galliæ Cisalpinę in Padum fluens.
Minciades, à Mincio patriæ, fluv. cognominatus est Virgilius. *Juvenal. Illos Minciade celebrat dulcedo Maronis.*
Minerva, disciplinarum dea, quæ Græcè Pallas dicitur.
Minerva, dicta quod benè moneat, vel quod vim minetur.
Minerva, fingitur dea bellorum, soror, & auriga Martis.
Minerva invita, proverbialiter dicitur, id quod refragante ingenio, repugnante natura, aut non favente cœlo fit.
Minerval, seu Minervale, erat tanquam præmium, quod dabatur præceptori. *Var.* 3. de re rust. cap. 2. (*nerva.*
Minervæ promont. est in Campania. *Ptol.* Vulgò *Cabo de Mi-*
Mineus, vir Thebanus, cujus filiæ in vespertiliones mutatæ sunt. *Ovid.*
Minia, ins. est in pelago Myrtoo. *Plin.*
Minilius, mons Thessaliæ, posteà Orchomenus dictus.
Minio, fluv. non procul à Cærete opp. *Virg.* Vulgò *Meñone.*
Minio, in itinere Cassiano, ab Urbe in Gallias ponitur ab *Antonino Cæsare* in itinerario.
Minius, vel Mynius, fluv. est Galleciæ in Hispania. Vulgò *Miño. Plin.* lib. 4. cap. 20. (*mura. Steph.*
Minoa, urbs in Amorgo insula una Cycladum. Vulgò *Alte-*
Minoa, portus est in sinu Argolico. *Ptol.*
Minoa, portus est & civitas Cretę ins. *Ptol.*
Minoa, Siciliæ urbs. *Steph.*
Minoa, Mergarensium emporium fuit in Attica. *Strab.* lib. 9.
Minoa, civitas est etiam in Siphno insula. *Steph.*
Minoa, Arabiæ civ. cives Minotii. *Steph.* (*Pario.*
Minois, sive Minos dicta, quæ posteà Parthos dicta est. Vulg.
Minobrica, sive Mirobrica opp. est Bæticæ. *Plin.*
Minos, Rex Cretæ fuit, Jovis ex Europa filius: undè
Minoius, a, um, & Minous, adjectiva. *Virg.* & *Ovid.*
Minotaurus, monstrum natum ex Pasiphaë uxore Minois, quæ Dædali arte cum tauro concubuerat.
Minoum, opp. est Cretæ maritimum. *Plin.* lib. 4. cap. 12.
Minthe, Cocyti filia fingitur à Poëtis, & in herbam sui nominis transformata. *Ovid.* lib. 10. *Metam.*
Minthes, mons est in Peloponneso. *Strab.* lib. 8.
Minutia, virgo Vestalis, quæ propter formositatem corporis, in suspicionem venit libidinis, & viva defossa est. *Liv.* lib. 8. (Minutii. *Fest.*
Minutia, porta Romæ dicebatur, quia proxima esset sacello
Minutius, cognomento Augurinus, Præfectus annonæ fuit, cui ænea statua extra trigeminam Romæ portam dedicata
Minturnæ, arum, opp. est in antiquo Latio. *Plin.* (est. *Plin.*
Minyę, pop. sunt Thessaliæ. *Ovid.* lib. 7. *Metam.*
Minyæ, juxta alias, populi sunt Bœotiæ.
Minyæum, opp. est in Peloponneso. *Strab.*
Minyeus, fluv. qui posteà Orchomenus. *Plin.*
Miracles, fuit nescio quis concinnatulus, qui unguentatos, auratosque capillos fertur habuisse. De hoc *Val. Flac.* lib. 2. (*Argon.*
Mirigada, opp. in Bœotia. *Diod.* lib. 5.
Miritus, vel potius Meritus, exiguus mons est Thraciæ.
Mirmillones, erant pugiles se ad duellum provocantes.
Mirobrica, oppid. est Bæturiæ in Bætica. *Plin.* lib. 3. cap. 1. Vulgò *Ciudad-Rodrigo.*
Mirobricenses, pop. sunt Lusitaniæ stipendiarii.
Mironis, insul. est in sinu Barbarico.

Misa, Piceni fluv. Vulg. *Marotto.*
Misach, unus ex tribus pueris de quibus *Daniel.*
Misaris, promont. est Sarmatiæ in Europa. *Ptol.*
Missenum, prom. est in ora maritima Campaniæ. Vulg. *Monte Misono en tierra de Laboro.*
Misenus, pen. prod. fuit filius Æoli, Æneæ tubicen fuit, in ciendis militum animis præstantissimus. *Virg. 6. Æneid.*
Missenus, inter nobiles Campaniæ portus numeratur, à Misseno illic sepulto. *Florus*, & *Horat.* lib. 2. *Serm. Satyr.* 4.
Misetis, mons est in Asia propriè dicta. *Ptol.*
Misgomene, urbs Thessaliæ: gentile Misgomenius. *Steph.*
Mismia, Germaniæ civitas est. Vulgò *Meissen.*
Mison, opp. conventus Alabandici.
Misthium, civ. est Galatię. *Ptol.*
Misus, opp. est Africæ propriæ. *Plin.* lib. 5. cap. 12.
Misulani, pop. sunt Africæ propriæ. *Ptol.*
Misynus, ins. est adjacens Africæ propriæ. *Ptol.*
Mithras, cum *h*, à Persis dicitur Sol. *Strab.* lib. 15.
Mithriaca, Mithræ, id est, Solis, sive Osiridis sacrificia. *Lamprid.*
Mithridates, Rex invicto animo Ponti, vi tandem post anno 56. à Romanis devictus. *Plut.*
Mithridates alius, qui Bruti epistolas collegit. (*Plin.*
Mithridaticus, a, um, adject. ut Mithridaticum Antidotum.
Mitylene, urbs est Lesbi insul. juxta Mithymnam. Vulg. *Metelim.*
Mitylene ab Æolis condita in Lesbo. *Her.* lib. 12.
Mityleneus, a, um, res ad Mitylenem pertinens.
Mitterin, ins. ultra Britanniam sex dierum navigatione, ubi plumbum candidum provenit. *Plin.* lib. 4.

M ANTE N.

Mnasæmanes, pop. sunt Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Mnas: Pyrata fuit, qui tempore Pompeii, Italiam infestabat. *Plut.* in *Antonio.*
Mnasitheus, pictor fuit non ignobilis, patria Sicyonius, cujus meminit *Plin.* lib. 35. cap. 11.
Mneum, promont. est Æthiopiæ sub Ægypto.
Mnemosyne, mater noven Musarum: interpretatur *Memoria.*
Mnesarchus, inter Principes Philosophorum à Cicerone numeratur. *Academ. quæst.* lib. 4.
Mnesitheus, medicus Athen. *Gal.* lib. 2. ad *Glauconem.*
Mnester, Agripinæ libertus fuit, quę Neronis jussu interfecta, sese ferro transfixit. *Tacit.* lib. 14.
Mnestei portus, promont. est in Bætica. Vulgò *Puerto de Santa Maria.*
Mnestheus, proprium nomen viri Trojani. *Virg.* lib. 12. *Æneid.*
Mniara, opp. est Mediterraneum Mauritaniæ Cæsariensis.

M ANTE O.

Moab, Arabiæ civ. quæ Arepolis dicitur.
Moca, civ. est Arabiæ Petreæ. *Ptol.*
Mocarsus, parva regio Thraciæ. *Steph.*
Mocata, urbs Bithyniæ: gentile Mocatenus. *Steph.*
Mochadelii, pop. Asiæ propriè dictæ. *Ptol.*
Mochura, civ. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Mocle, vicus Phrygię: incolæ Mocleni. *Steph.*
Modaces, pop. sunt Sarmatiæ Asiaticæ. *Ptol.*
Modiana, civ. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Modomastica, Regio est Carmaniæ desertæ. *Ptol.*
Modunus, fluv. est Hyberniæ ins. *Ptol.*
Modonga, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis.
Mœnis, vel Mœnus, fluv. est Germaniæ in Rhenum defluens. Vulg. *Moyen*, *ó Meno.*
Mœris, lacus est Ægypti inter Memphim, & Arsinoëm.
Mœris, veneficus describitur à *Virg. in Bucolicis.* (*Servia.*
Mœsia, eadem Regio est quæ Mysia, & Mesia dicitur. Vulgò
Mogam, primum dicebatur, quæ posteà Cappadocia, & nunc Cæsarea. *Joseph.*
Mogostiacum, civ. est Germanię Rheno opposita. Vulgò *Maguncia.*
Mole, deę quædam antiquitùs dictæ sunt, filiæ Martis. De his meminit *Gellius.*
Molingaria, opp. Mediæ in Hybernia.
Molio, Jupiter dictus ab hospite quodam Molione.
Molivæ, pop. sunt Æthiopiæ sub Ægypto. *Ptol.*
Molo, orator Alabandesis, qui Rhodi claruit Ciceronis ætate. *Plut.* & *Strab.* lib. 14.
Moloch, Idolum Ammonitarum, cui filios proprios immolabant Israëlitæ, 4. Reg. 23. Act. 7.
Molocath, fluvius est Mauritaniæ Tingitanę. *Ptol.* & *Strab.* lib. 16. *Plin.* & *Sallust. Mallucha.*
Molorchus, pastor juxta Nemæam sylvam, qui Herculem hospitio comiter suscepit. *Statius.*
Molosia, pars Epiri à Molosso Pyrrhi, & Andromaches filio appellata, posteà Chaonia dicta.
Molossi, pop. sunt Epiri regionis omnibus noti.
Molossus, pes dictus est ab ejus patriæ saltatione, constatque tribus longis, ut *Æneas.*
Molus, vir Cretensis, pater Merionis, aurigæ Idomenei. *Hom.*
Molibdana, urbs Mastienorum. *Steph.*
Molybodes, ins. adjacens Sardiniæ. *Ptol.*
Molycria, opp. in Ætolia regione. *Ptol.*
Momemphis, urbs est Ægyptiorum. *Herod.* lib. 2.
Momonia, duæ hujus nominis Provincię in Hybernia, Principum, ac Dynastarum multitudine, aëris temperie, ac telluris fertilitate celeberrimæ. *Ocabasa vindic.* lib. 2. cap. 1.
Momus, deus quidam, Nocte matre, ac Somno patre progenitus. *Hesiod.* Undè Momo satisfacere: proverbium apud *Erasm.*
Mona, insula inter Britanniam & Hyberniam, alio nomine Monarina dicta. Vulgò *Man. Plin.* lib. 4. cap. 16. & *Corn. Tacit.* l. 14.
Monachinia, opp. ac titul. Comitis Uultoniæ in Hybernia.
Monacris, Arcadiæ mons est. *Tortell.*
Monadi, pop. sunt Italiæ in Apulia. *Plin.* l. 3.
Monæsis, Parthorum Rex, contra quem Romani infeliciter pugnarunt.
Monagania, opp. ac caput Comitatus Ultoniæ.
Monalus, fluv. Siciliæ insul. *Ptol.*
Monaspeni, pop. sunt Sarmatiæ Asiaticæ. *Ptol.* Legendum videtur *Conapseni*, ut in Græcis habetur.
Monasterium, urbs Wesphalię. Vulgò *Munster.*
Moneta, dicta est Juno à monendo. *Cic.* lib. 1. *de Divin.*
Monetium, opp. lapidum propè Istriam. *Strab.*
Moniova, opp. ac titulus Vicecomitis Ultoniæ.
Monodactylus, mons est Æthiopiæ Ægypti. *Ptol.*
Monodus, Prusiæ filius, qui dentium loco os unum continuum habuit in superiore oris parte. *Plin.*
Monœchus, portus est Liguriæ celebris. Vulgò *Puerto de Monaco, á tres millas de Villafranca.*
Monometi, & Monosceli, pop. sunt Indici unicrures. *Gell.* lib. 9. cap. 4.
Mondrisia, opp. & titulus Comitis, & Vicecomitis Ultoniæ in Hybernia.
Monothelitæ, hæretici quidam, qui duas in Christo voluntates negabant, divinam, scilicet, & humanam, cum tamen res aliter se habeat. Contra hos celebrata est sexta Synodus, anno salutis 680.
Mons ater, ponitur in Africa.
Mons Gerviæ, opp. ac titulus Baronis Lageniæ in Hybernia. *Ocabasa vindicat.* 2. *cap.* 1.
Mons Jovis, in Hisp. citeriori. *Pompon.* Fortè *Monjui.*
Mons ferratus, Regio Italiæ, cujus fines sunt Padus & Apenninus.
Montanus, Poëta cujus meminit *Ovid.* 4. *de Ponto.*
Monicha, nomen est matris Divi Augustini, cujus vitæ sanctimoniam, tum ipse *D. August.* tum *Maphæus* & alii litteris mandavêre.
Monychus, unus fuit Centaurorum, de quo *Juv.*
Monyma, Mithridatis uxor, quæ se ipsam ex rerum desperatione proprio diademate suspendit.
Monymus, Corinthii cujusdam trapezitæ servus, qui simulata insania se ad Philosophiam convertit.
Mophis, mons, ex quo & Crophi altero monte erumpunt Nili fontes. *Herod.* lib. 2.
Mopsi, fons est in Armenia minori. *Ptol.*
Mopsium, civ. Pelasgitis regionis Thessaliæ. *Strab.* lib. 7.
Mopsopia, Attica regio, à Mopso Rege dicta.
Mopsos, opp. est Ciliciæ. *Plin.* lib. 5. cap. 27.
Mopsus, vates fuit, qui in finibus Pamphiliæ Phaselim urbem condidit. *Pompon.*

Mopsus alius, Lapitha, Ampyci, & Cloridis filius. *Strab.*
Mora, civ. est Corsicæ ins. *Ptol.*
Mordiæum, civ. Pisidiæ, Apollonia posteà dicta. *Steph.*
Morgentium, civitas Brutiorum in Italia. *Steph.*
Morges prius est dicta, quæ posteà Ephesus. *Plin.*
Morgetes, pop. sunt, qui Lucaniam incoluerunt.
Morgyna, urbs Siculorum: gentile Morginæus. *Steph.*
Morgus, fluv. est in Padum defluens. *Plin.* lib. 3. cap. 16. Vulgò *Orco.*
Mori, vicus est Æthiopiæ sub Ægypto. *Ptol.*
Moricambe, æstus est in Britannia. *Ptol.*
Morimarusa, id est, mare mortuum, Oceanus est Scythicus.
Morini, pop. sunt Germaniæ inferioris contra Britanniam, quorum urbs Morinum. Vulgò *Terojana.*
Morinus, portus est. *Florus de Bello Gallico.* Vulg. *Cabet.*
Morinus, a, um, res ad Morinos populos spectans.
Moriseni, pop. sunt Thraciæ. *Plin.* lib. 4. cap. 11.
Moro, locus est in Hisp. *Strab.* lib. 3.
Morœca, civ. est Hisp. *Ptol.*
Morosgi, pop. sunt sunt, Vardulorum in Hisp. citeriori.
Morsacii, pop. sunt Germaniæ. *Plin.* lib. 4. cap. 15. Vulgò *El Estado de Sevenvolden en Frisia.*
Morphæus, Somni dei minister aut filius fingitur à Poëtis, *Ovid.* lib. 11. *Metam.*
Mortuum mare, lacus est Syriæ, qui nihil præter bitumen habet: & ita dicitur, quia nihil vivum gignit: aliter Asphaltites.
Morunda, civit. est Mediæ. *Ptol.*
Morylii, pop. sunt Macedoniæ. *Plin.* lib. 4. cap. 10.
Mosa, fluv. est Germ. inferioris, Leodium præterfluens.
Mosæus, fluv. est in Susiana regione. *Ptol.*
Mosca, portus est in Arabia. *Ptol.*
Moschi, populi sunt ad mare Hyrcanum, Sarmatis finitimi. *Pomp.* lib. 3. cap. 5.
Moschi, Persarum pop. Dario Regi erant tributarii.
Moschi, pop. sunt in Asia, & Europa. *Berosus.*
Moschi, montes & pop. sunt Septentrionales.
Moschus, Regio est Asiatica, propè Phasim fluvium.
Moschus, Grammaticus, & Poëta Syracusanus. *Suid.*
Mosega, civ. est Albaniæ regionis Asiæ. *Ptol.*
Mosella, fluv. est Aquitaniæ ad Burdegalam.
Mosera, nomen montis, ubi Aaron mortuus est, & sepultus, *Deut.* 10. qui *Hor.* dicitur Num. 20. & Moseroth. N. 33.
Moseroth, locus in quo castrametati sunt filii Israël, profecti de Hesmona. Num. 33.
Moses, Mosis, & Mosi, sicut, & Achilles, lis, li, nomen inclyti Judæorum Ducis: & interposito *y* Moyses dicitur, quod habetur in frequentiori usu.
Mossini, pop. sunt Teuthraniæ conventus Pergameni.
Mossinœci, pop. sunt Septentrionales, post Calybas, & Tabarenos ultra Carambim, quasi *turricolæ*, vel turribus habitantes.
Mossinus, fluv. est in Caria regione.
Mosteni, civ. est Lydiæ Mæoniæ. *Ptol.*
Mosum, opp. Paphlagoniæ in Galatia. *Ptol.*
Mosylum, promont. est Æthiopiæ Ægypti. *Ptol.*
Motho, us, vicus Arabiæ: incolæ Motheni. *Steph.*
Motieni, parva regio Iberiæ, colonia à Romanis deducta: gentile Motienus. *Steph.*
Motienses, pop. sunt Siciliæ stipendiarii. *Plin.*
Moturii, pop. Africæ propriæ. *Ptol.*
Motychanus, fluv. est Siciliæ insulæ. *Ptol.*
Motiæ, est urbs Siciliæ: gentiles Motyseus. *Steph.*
Moxiani, pop. sunt Asiæ propriè dictæ.
Mosiata, civ. est in Albania. *Ptol.* Melius Boziata.

M ANTE U.

Muathus, fluvius Conaciæ in Hybernia.
Muchardus, fluv. Momoniarum in Hybernia.
Muchthusii, pop. sunt Africæ propriæ. *Ptol.*
Mucissus, urbs Cappadociæ. *Steph.*
Muconi, pop. sunt Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Mucræ, opp. Italiæ. *Sil. Qui Batulum, Mucrasque metuunt.*
Mugilones, pop. sunt Germaniæ. *Strab.* lib. 7.
Mugius, cognomen Romani cujusdam à frequenti murmuratione; undè
Mugiona, aut Mugonia, porta Romæ dicta Mugio, quia ei tuendæ aliquando præfuit: vel à mugitu, quod per eam venale pecus intraret: hæc quoque Trigonia, id est, trium angulorum appellatur.
Mulciber, Vulcanus dictus est à Mulcendo, i, molliendo ferro.
Muliadas, fluv. Lusitaniæ. *Strab.* lib. 13. An munda.
Mulucha, sive Molceba, fluv. est Mauritaniæ. *Strab.*
Mumastis, urbs Cariæ; civis Mumastitæ. *Steph.*
Munda, opp. est Bœticæ bello civili nobile. Vulg. *Mundezara.*
Munda, fluv. est Lusitaniæ in Oceanum defluens. Vulgò *Mondego.*
Mundensis, à Munda dixit Cæs. comment. & *Suet.*
Mundi, ins. & emporium Æthiopiæ Ægypti. *Ptol.*
Munias, locus est Armeniæ apud Eusebium.
Munium, opp. est Germaniæ. *Ptol.*
Munychia, tumulus curvus in Chersoneso. *Strab.* lib. 9.
Munychia, orum, festa erant Palladis. *Inde*
Munychias, portus Atheniensium. *Pausan.*
Munychius, a, um, adjectivum; undè Munychius Jupiter.
Munychiates, civit. est Arabiæ Petreæ. *Ptol.* Hodie Medina Talbani, ubi Mahumetis sepulchrum.
Muræna, cognomen viri Romani à Muræna pisce deductum.
Murascia, civ. est in Hispania.
Murcea, dea, quæ homines faciebat mucidos, i, desidiosos, cui contraria erat dea Strenua.
Murgentini, pop. sunt Siciliæ stipendiarii. *Plin.*
Murgis, civit. Bœticæ, & Tarraconensis confinium. Vulgò *Muxacra.*
Muriana, præfectura est in minori Armenia. *Ptol.*
Muræla, urbs Pannoniæ superioris. *Ptol.* Vulgò *Morech.*
Murrani, pop. sunt Asiæ. *Pomp.* lib. 2. cap. 2.
Murranus, priscus Latinorum Rex, à quo omnes Latini Reges Murrani sunt dicti. *Serv.*
Mursa, urbs Joniæ, ab Adriano condita. *Steph.*
Mursella, civ. Pannoniæ inferioris. *Ptol.*
Mursia, colonia est in Pannonia superiori. *Ptol.*
Murtius, sive Murcus, mons Romæ, qui posteà Aventinus.
Murtio sub monte, facellum erat Murtiæ Deæ dicatum.
Muscria, territorium ac titulus Vicecomitis Momoniarum in Hybernia, *Ocabasa vindicat.* 2. *cap.* 1.
Museum, locus circa Olympum in Macedonia. *Steph.*
Musæus Poëta, scripsit amores Leandri, & Erûs heroico carmine, qui extat; vixit Orphei tempore.
Musæus Ephesius, scripsit res Pergamenses, lib. 10. *Suid.*
Musagores, ins. tres sunt propè Cretam. *Plin.* lib. 4.
Musas Poëtæ finxerunt deas esse, Jovis & Memoriæ filias, quæ Poëtis, & Musicæ præessent.
Musarum nomina sunt, Calliope, Clio, Erato, Thalia, Melpomene, Terpsicore, Euterpe, Polyhymnia, Urania.
Musæ dictæ Heliconides, Parnasiades, Aonides, Cytheriades, Pierides, Thespiades, Pegasides, Hippocrenides, Libethrides, Castalides.
Musæum, æi, domicilium musis dicatum.
Musburgi, opp. est Hisp. *Ptol.*
Muscanda, civ. est Cappadociæ. *Ptol.*
Musculani, accolæ sunt Syrtium. *Florus de Bello sub August.*
Mussa, opp. est Africæ propriæ. *Ptol.*
Musta, villa est inter Syrtes. *Ptol.*
Mustela, vir qui Ciceronis valdè studiosus fuit.
Mustilia, civitas est Capadociæ. *Ptol.*
Musulani, pop. sunt Africæ propriæ. *Plin.* lib. 5.
Musuni, pop. sunt Africæ propriæ. *Ptol.*
Murtina, civ. & Colonia Galliæ Cisalpinæ. Vulgò *Módena.*
Mutinensis, e, res ad Mutinam pertinens. *Var.*
Mutius, nobilis Romanus fuit priscis temporibus; undè
Mutia prata, à Mutio, qui Porsenam Regem ab urbe dimovit.

Mutunus, deus, qui & Priapus dicitur.
Mutusia, sive Mutisca, civ. est Sabinorum. Vulg4 *Trevi.*
Mutustei, pop. sunt Sabinorum, à Mutusta. *Plin.*
Muturgures, pop. sunt Africę proprię. *Ptol.* Melius Buturgures.
Mutusirani, pop. sunt Siciliæ stipendiarii. *Plin.*

M ANTE Y.

Mya, ins. est in sinu Germanico. *Plin.* lib, 5. cap. 31.
Myiagrus, deus muscarum, qui aliter Myodes, & Achor. *Plut.* & *Plin.* lib. 10. cap. 28.
Myanda, civ. est Cilicię in continente. *Plin.*
Mycale, nomen veneficæ mulieris apud *Ovid.* lib. 12. *Metam.*
Mycale, mons est in Asia propriè dicta. *Ptol.*
Mycale, ins. est in ora Joniæ. *Plin.* lib. 5. cap. 31.
Mycalensis, à Mycale. *Valer.* De excelsi Mycalensis montis vertice.
Mycalessus, opp. est in Bœotia, & mons. *Plin.* lib. 4. cap. 7.
Mycenæ, arum, opp. est in Peloponneso. *Ptol.* unde
Myceneus, a, um, sive Mycenensis, adjectivum à Mycenis.
Mycenis, idis, fœmina ab eodem oppido. *Ovid.* lib. 12. *Met.*
Mycerinus, Cleopis Ægyptiorum Regis fuit filius. *Herod.*
Mycini, pop. sunt Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Mycon, nomen duorum pictorum, quorum unus Atheniensis fuit, alter Syracusanus.
Mycone, ins. est una Cycladibus. Vulgò *Micolo*: undè
Myconius, a, um, quod ad Myconem pertinet.
Mydeia, opp. est Bœotiæ per *ei* in penultima.
Mydea, civ. eadem quæ Lebadia. *Homer.*
Myeum, opp. Phrygiæ magnæ. *Ptol.*
Mydia, ins. una Cycladum, quæ & Delos dicitur. Vulg. *Sdiles.*
Pœni, quasi Phæni, quia à Phœnicibus orti. *Serv.*
Pœnus, a, um. *Stat. Pœnos Bragada scripsit inter agros.*
Pœnus, a, um, differt à Punicus, & Pœnicus.
Pœones, pop. sunt Macedoniæ omnibus noti.
Pœonia, regio est Macedonię finitima.
Pœones, pop. sunt Thraciæ. *Herod.* lib. 7.
Poeria, territorium Momoniarum in Hybernia, & titulus Vicecomitis.
Pogla, civ. est Carbaliæ in Pamphylia. *Ptol.*
Pola, civ. est Istriæ Romanorum colonia, à Colchis condita. *Plin. Pietas Julia* dicitur. (*Carner.*
Polaticus, sinus est juxta Polam Istriæ civ. Vulgò *Golfo de*
Polemon, Atheniensis Philosophus, prima adolescentia lascivus, posteà ex Xenocratis oratione pudicus.
Polemon Helladicus, historicus Panætii discipulus. *Suid.*
Polemon alius, à Laodicea Cariæ, Smyrnę vixit, ac docuit.
Polemoniacus pontus, regio est Cappadocię. *Ptol.*
Polemonium, civ. est Ponti in Cappadocia. *Ptol.* Vulg. *Leon.* Gentile Polemonicus.
Polendos, ins. est propè Thraciam Chersonesum.
Pelites, Priami filius ex Hecuba, quem Pyrrhus interfecit.
Polentia, opp. est Liguriæ ad Apenninum. *Ptol.* Vulgò *Palanza.*
Polla, mulier doctissima, uxor Lucani poetæ. *Papin. in Sylv.*
Pollentia, civ. est in majori Balerari. *Ptol.*
Pollentia, dea potentiæ, quæ à Romanis colebatur.
Pollentini, pop. sunt in Piceno. *Plin.* lib. 3. (*campi.*
Pollentinus, a, um. *Claud. Jam Pollentini tenuatus funere*
Polles, viri proprium. *Cic. ad Atticum*, lib. 13.
Pollustini, pop. fuerunt Latii, qui interierunt. *Plin.* lib. 3.
Pollux, filius fuit Jovis & Lædæ, frater Castoris.
Pollux Julius, Naucratita, Grammaticus fuit sub Commodo Principe, scripsit Onomasticon. *Suid.*
Pollux, Agrigentinus sophista, Gorgiæ auditor. *Suid.*
Polyandus, civ. est Armeniæ minoris. *Ptol.*
Polyara, urbs Cariæ: civis Polyaræus. *Steph.*
Polybii, ins. adjacens est Arabiæ Fœlici. *Ptol.*
Polybius, historicus ex Megalopoli Arcadiæ civitate.
Polycarpus, viri propr. quasi *multi fructus*, vel *fructuosus.*
Polycaste, filius fuit Nestoris. *Homer.*
Polychna, civ. est in Attica. *Strab.*
Polychnei, pop. sunt Æolidis. *Plin.* lib. 5. cap. 30.
Polychnitani, pop. sunt Cretæ ins. *Herod.* lib. 7.
Polycletus, insignis statuarius. *Quintilian.*
Polycrates, tyranni proprium in Samo ins. ab Oronte Persarum Satrapa suspensus. *Strab.*
Polycrates, Ephesiorum præsul tempore Severi Principis.
Polydamas, Trojanus, Antenoris & Theanùs filius.
Polydectes, Magnetis filius, Rex Serephi ins. *Ovid.*
Polydora, Nympha, Oceani & Tethyos filia. *Hesiod.*
Polydora, ins. est Propontidis. *Plin.* lib. 5. cap. ult.
Polydorus, pen. prod. Latinè significat *multa donans.*
Polydorus, Priami fuit filius, quem Polymnestor interfecit.
Polydorus alius, Priami filius, ex Laothoë Altæli Regis filia, quem Achilles interemit.

Polydoreus, a, um. *Ovid. Et Polydoreo manantem sanguine terram.*
Polyęgos, ins. est una Sporadibus, à Caprarum multitudine dicta. *Plin.* lib. 4. cap. 12. Vulgò *Policandro.*
Polyænus, Sardianus sophista tempore Cæsaris Dictatoris.
Polyęnus alter, genere Macedo, qui de Thebis scripsit. *Suid.*
Polygnotus, pictor antiquissimus, primus mulieres lucida veste pinxit. *Plin.* lib. 35. cap. 9.
Polyhistor, Appion appellatus fuit, quasi *multiscius. Gell.* lib. 5. cap. 14.
Polymedia, opp. fuit Troadis. *Plin.* lib. 5. cap. 3.
Polymnestor, Rex Thracum, qui Polydorum filium Priami auri cupiditate interfecit. *Virg.*
Polymnia, una ex Musis. Aliqui legunt Polyhymnia.
Polynices, Oedipi Thebanorum Regis filius, Eteoclis frater.
Polyphemus, Cyclops, Neptuni filius. *Hom. in Odyss.*
Polypodusa, ins. Gnidia: gentile Polypoduseus. *Steph.*
Polypoëtes, filius Pirithoi & Hippodamiæ. *Hom.*
Polyrrhenia, opp. est Cretæ mediterraneum. *Ptol.*
Polystephanos, olim dicebatur Tyburs, Italię urbs. *Steph.*
Polystephanum, civ. est in Italia. *Strab.*
Polysthephanus, Græcus fuit historicus, non parva auctoritate inter Scriptores veteres. Vide *Gell.* lib. 9. cap. 1.
Polytes, Priami filius ex Hecuba, à Pyrrho interfectus.
Polytorium, opp. fuit in Latio, quod interiit. *Plin.* l. 3. c. 5.
Polyxena, Priami filia formosissima, ex Hecuba conjuge.
Polyxenius, a, um, ut cædes Polyxenia. *Catul.*
Polyxenus inter Græcorum Duces numeratur. *Hom.* 2. *Iliad.*
Polyxous, una Amazonum, & Apollinis vates. *Stat.* 5. *Theb.*
Polyxo, Tlepomi uxor, ad quam Helena confugit. *Steph.*
Polyzelus, Poëta comicus, cujus fabulas enumerat Suidas.
Pometia, opp. est Latii, quod interiit. *Plin.* lib. 8. cap. 5.
Pometinus, a, um. *Cat.* Apud priscos (inquit) Pometinos.
Pomona, dea fuit pomorum, sicut Mellona dea mellis.
Pompeii, pop. dicuntur, quos Sarnus amnis aluit.
Pompejanum, i, prædium circa Pompejos. *Colum.*
Pompejanus, a, um, ut triumphi Pompejani. *Lucan.* lib. 3.
Pompeii, civ. Campaniæ, non procul à Puteolis. *Pomp.*
Pompei trophæa, locus Hisp. apud Iberum.
Pompejopolis, civ. est Ciliciæ, quæ priùs Soloë.
Pompejonenses, civis Pompejopolis hujus.
Pompejopolis, civ. quæ priùs Eupateria. *Plin.*
Pompejopolis, quæ priùs Heliopolis in Cilicia.
Q. Pompejus contra Numantinos missus, & ab eis superatus, ignominiosam pacem fecit. *Florus.*
Cn. Pompejus, magni Pompeii pater. *Strab.*
Cn. Pompejus, præcedentis filius, qui Jarbam Regem cepit, quare Magnus ab Exercitu salutatus est.
Pompeii, ejus filii, quorum alter apud Mundam à Cæsare in Hispan. alter in Sicilia ab Augusto est victus.
Q. Pompejus Rufus, Syllæ è filia nepos, Tribunus plebis cum T. Numatio Planco, Miloni adversissimus.
Q. Pompejus, qui Bithynicus dictus, summo dicendi studio, multaque doctrina valuit. *Cicer.*
Pompelon, opp. Hispaniæ, quod à Ptolemæo Vasconibus annumeratur. Hodie Regni Navarræ caput. Vulg. *Pamplona.*
Pompilius, secundus Romanorum Rex, qui & Numa dicitur.
Pomponia, mater Scipionis, quæ aliis Pompeja dicitur.
Pomponius Atticus, nobilis eques Romanus, Ciceronis amicus.
Pomponii quoque duo fuere Ciceronis tempore: quorum alter
L. Pomponius Bononiensis, quem numquam ructasse ait *Sol.*
Cn. Pomponius alter, orator acerbus in dicendo. *Cic. in Orat.*
Pomponius secundus, tragicus tempore Quintiliani. (*mus.*
Pomponius Jurisconsultus, ex Pandectarum libris notissi-
Pomponius Mela, Hispanus, insigni opera de *Situ orbis* claris-
Poneropolis, civ. est Thraciæ. *Plin.* lib. 4. cap. 11. (simus.
Pontanum, opp. Ultoniæ in Hybernia. Vide *Druda.*
Ponteris, civ. est Æthiopiæ sub Ægypto. *Ptol.*
Pontia, insula est adjacens Africæ. *Ptol.*
Pontiæ, insul. sunt in mari Tusco. *Plin.* lib. 3. cap. 6.
Pontia, insula adjacens Italię contra Veliam. Vulgò *Ponza.*

Po-

Pontia, urbs ad quam pontonibus trajiciebatur.
Pontianus, Romanus Pontifex, anno 231. (pert.
Ponticus, Poeta quidam, qui de bello Thebano scripsit. Pro-
Pontificense, quod & Obulco, opp. est Bæticæ. *Plin.* lib. 3. Vulgò *Vbeda.*
Pontina, palus in Italia, posteà à Cethego exsiccata est, & ex ea factus est ager. Vulgò *Li Marruti.*
Pontinus, vir laborum, periculorum, consiliorum, Cic. socius.
Pontus, Nerei filius, & Neptuni. *Euseb. lib. 1. de Præp.*
Pontus, propriè appellatur, quod à Palude Mœotidis in Tenedum usque protenditur.
Pontus, Bithyniæ regio in Asia minori, à Ponto Rege.
Pontus Galatius, regio est Cappadociæ. *Ptol.*
Pontus Euxinus, mare est, quod nunc nautæ mare magnum vocant. Vulgò *Mar Mayor.*
Pontici, pop. sunt Ponti accolæ.
Ponticus, a, um, ut Ponticum absinthium apud *Colum.*
Popanium, urbo Tyrrhenorum. *Arist. in marib.*
Populii, diversi à Pompiliis leguntur, quorum Princeps M. Pompulius, legatus ad Antiochum, qui Ptolemæum Regem Romani populi amicum obsederat. *Liv.* lib. 45.
Populius Lanatus, qui Ciceronem patronum suum in causa capitis elegit. *Valer. Maxim.*
Populonia, civ. est Hetruriæ juxta Pisas. Vulgò *Piombino.*
Populoniensis, e. *Liv. Populonienses ferrum, Tarquinenses lintea, &c.*
Populonium, Tuscorum promont. *Ptol.* Vulgò *Cabo de Campaña*, aliis *Puerto baratto.*
Poratia, fluv. est in Istrum defluens. *Herod.* lib. 4.
Porcia, nomen mulieris Romanę, cujus fuit sententia: *Casta matrona non nisi semel nubit.*
Porcifera, fluv. est Liguriæ. *Plin.* l. 3. c. 5. Vulg. *Pozzevera.*
Porcius, cognomen fuit Catonis Censorii, tractum à porco.
Pordoselene, ins. est ante Ephesum. *Plin.* lib. 5. cap. 31.
Poritus, fluv. est Sarmatiæ in Europa. *Ptol.*
Poroslislum, opp. est in Dacia. *Ptol.*
Porphyrion, Gigantis cujusdam nomen. *Claud.*
Porphyrion, viri proprium, qui Horatium commentatus est.
Porphyrione, insula est in Propontide ante Cyzicum. *Plin.* lib. 5. cap. ult.
Porphyris, ins. in sinu Laconico, quæ posteà Cythera. *Plin.* lib. 4. cap. 12. Vulgò *Cerigo.*
Porphyris, ins. priùs dicta, quæ posteà Nisyros. *Plin.* lib. 5. cap. 31. Vulgò *Nisaro.*
Porphyris, ins. priùs dicta, quæ posteà Scyros. Vulgò *Scyro.*
Porphyrite, opp. Arabiæ Ægypto conterminæ. *Steph.*
Porphyrius, Philosophus Tyrius, priùs Malchus, deindè ob vestem purpuream Porphyrius appellatus.
Porsena, Rex Hetruriæ, qui Romam urbem obsedit.
Porta Augusta, civ. est Hisp. *Ptol.* Vulgò *Torquemada.*
Portacra, civ. est in Taurica Chersoneso. *Ptol.*
Porta Romæ Trigemina, Saturnia, Carmentalis, & Mugonia.
Portę montis Tauri, Armenię, Caspię, Ciliciæ.
Porthmia, vicus ante ostium Mæotidis: gentile Porthmiæus.
Porthmos, i, fretum, opp. est Eubœæ ins. *Plin.* lib. 4.
Porthmos, propriè dicitur fretum Calpes. *Plin.* Vulgò *Estrecho de Gibraltar.*
Portlisia, opp. Lageniæ in Hybernia. *Ocabasa vind.* 2.
Portunata, ins. est cum opp. in Illyrico.
Portunus, deus marinus, sic à portubus quibus præest dictus.
Portunalia, sunt dies Portuno dicati.
Portupana, civ. est Persidis. *Ptol.*
Portus Apollinis Pæstii, est in Locris Ozolis. *Plin.* lib. 4.
Portus Annibalis, est in Hisp. citeriori. *Pompon.* lib. 3. cap. 1. Vulgò *Albor.*
Portus Delphini est in Liguria. *Plin.* lib. 3. cap. 5. Vulgò *Puerto fino.*
Portus dulcis, est in Epiro. *Strab.* lib. 7.
Portus Herculis, est in littore Brutio. *Plin.* lib. 3. c. 5. Vulg. *Puerto de Hercules en la Toscana.*
Portus magnus, est in Hisp. *Ptol.* Vulgò *Albufera.*
Portus magnus, est etiam in Mauritania Cæsariæ nsi. *Ptol.*
Portus Mnestei, est in Bætica. *Strab.* lib. 3. Vulgò *Puerto de Santa Maria.*
Portus mulierum, est in Thracia propè Bosphorum.
Portus Naonis, opp. Carnorum in Italia. Vulgò *Pordono.*
Portus profundus, est in Bœotia. *Strab.* lib. 9.
Portus sacer, est quoque in Bœotia. *Strab. lib. eodem.*
Portus senum, est in Thracia. *Plin.*
Portus Veneris est in Pyrenæo juxta illius templum. *Pompon.* Vulgò *Puerto Vendres.*
Portus, Rex Indiæ fuit, quem Alexander devicit.
Porusii, pop. sunt Mauritaniæ. *Plin.*
Posidæus, canalis ad Alexandriam. *Solin.*
Posidea, civ. est in in Æolide. *Plin.*
Posideum, Ionię promont. & oppidum est. *Pomp.* lib. 3.
Posidippus Casandræus comicus, docuit triginta fabulas. *Suid.*
Posidium, civ. est Thesprotiorum in Epiro. *Ptol.*
Posidium, opp. est Syriæ regionis. *Ptol.* Vulg. *Paulo.*
Posidium, opp. est Ponti, & Bithyniæ. *Ptol.*
Posidium, opp. est Phthiotidis in Macedonia. *Ptol.*
Posidium, opp. est Carpathi ins. *Ptol.*
Posidium, promont. est Arabię Fœlicis. *Ptol.*
Posidium, opp. est Chii ins. *Ptol.* (lib. 8.
Posidium, sive Neptunium, locus est in Peloponneso. *Strab.*
Posidium, opp. est Cariæ. *Strab.* lib. 14.
Posidonia, olim vocabatur Trœzen, Peloponnesi urbs.
Posidonia, civ. est Lucaniæ. *Strab.* Vulgò *Policastro.*
Posidonius, Philosophus Apamiensis ex Syria, discipulus & successor Panætii. *Strab.* lib. 14.
Posidonius, Olbiopolita, scripsit post Polybium historiam, lib. 52. usque ad bellum Cyrenaicum. *Suid.*
Posidonius, Africæ præsul, Augustini contubernalis, cujus etiam vitam scripsit.
Posthumia, Servii Sulpicii uxor, cujus sæpè meminit *Cicer.*
Posthumia, alia mulier bibacissima, de qua *Catul.*
Posthumius Tubertus, Magister equitum, de Volscis triumphavit. *Liv.* lib. 4.
Posthumius Albinus, auro à Jugurtha corruptus patriam magno damno affecit. *Sallust.* & *Liv.* lib. 64.
L. Posthumius à Boiis cum exercitu fuit profligatus, & obtruncatus. *Liv.* lib. 33.
Posthumus, qui & Sylvius, filius fuit Æneæ ex Lavinia.
Postgia, civ. est in Taurica Chersoneso. *Ptol.* (*Macrob.*
Postuorta, dea erat Romanorum quæ futura prospiceret.
Potamus, opp. & Potami, pop. Atticæ. *Plin.* lib. 4. cap. 7.
Potana ab Alexandro ad Indum condita. *Diod.*
Potentia, civ. est Piceni. *Cicer. de Arusp. resp.*
Potentia, civit. est Lucanorum in Italia. *Ptolem.* Vulgò *Potenza en Basilicata.*
Potentini, pop. sunt Lucanorum in Italia. *Plin.* lib. 5.
Potercus, fluv. Cretæ inter Gnoson & Gortynam.
Poticara, civ. est Persidis regionis. *Ptol.*
Potidæa, civ. Macedonię, quæ posteà Cassandria. *Plin.*
Potidania, urbs Ætoliæ: gentile Potidaniates. *Steph.*
Potina, fons est propè Thebas Bœotias. *Strab.*
Potina, opp. est Bœotiæ, ex quo Glaucus fuit, & à quo Potineus dictus. *Steph.* (potui præsidere.
Potina, dea quam veteres à potando dixerunt, & puerorum
Potitius, & Pinarius, Sacerdotes fuerunt Herculis: à quibus Potitiorum, & Pinariorum familiæ genus & nomen habent.
Potnia, urbs in Bœotia, non longè à Thebis.
Potniolicus, a, um, adjectivum. *Plin.* lib. 36.
Potniades, quadrigæ, apud *Virg.* 3. *Georg.*

P ANTE R.

Prabasa, urbs Atropatianæ: gentile Prabasenus. *Steph.*
Pracana, civit. est Sarmatiæ in Europa.
Practius, fluvius est Troadis in Hellespontum influens. *Strab.* & *Homer.*
Prachium, civ. est Galliæ. *Ptol.*
Prægutii, pop. Italiæ, qui Marsis magis Orientales sunt: hodie Præcutini.

Præ-

Præneste, opp. est Latii mediterraneum. Vulgò *Palestrina.*
Prænestini, pop. Prænestis incolæ. *Cic.* 2. *de Divin.*
Prænestinus, a, um, possessivum, ut Prænestinæ bractee. *Plin.*
Prænussum, opp. est in Italia. *Strab.* lib. 5.
Præpenissus, civ. est Mediterran. Mysiæ superioris. *Ptol.*
Præpesinthus, ins. est una è Cycladibus. *Plin.* lib. 4. cap. 12.
Præsus, urbs Cretæ: gentile Præsius, & Præses. *Steph.*
Prætoria Augusta, civ. est in Dacia. *Ptol.*
Prætorium, oppidum est in Pannonia superiori. *Ptol.*
Prættanice, à Grecis dicitur, quam nos Britanniam appellamus.
Prætutium, opp. est in Piceno. *Ptol.* Inde
Prætutianus, a, um, ut Prætutianus ager. *Plin.*
Prætutius, a, um. *Sil.* -*domitat Prætutia pubes.*
Pras, urbs Perrhæbiæ: gentile Prantes. *Steph.*
Prasi, civ. est in Attica regione. *Strab.* lib. 9.
Prasias, palus est Pæoniæ. *Herod.* lib. 5.
Prasidium, civ. in Thracia. *Ptol.*
Prasii, pop. sunt Indiæ. *Plin.* lib. 6. cap. 19.
Prassum, prom. est Æthiopiæ sub Ægypto.
Prasum, opp. est Cretæ. *Strab.* lib. 10.
Prasii, pop. sunt ejusdem Cretæ. *Strab.* lib. 10.
Pratosa, civ. est in Peloponneso. *Strab.* (melia.
Pratum mellis, opp. Momoniarum in Hybernia. Vide Clom-
Prausi, pop. sunt in Gallia Narbonensi.
Praxaspes, Persa nobilis, qui Smerdim Cambysæ fratrem jussu regis occidit, & posteà se ex turri præcipitem dedit. *Herod.* lib. 3.
Praxidice, Nympha, quæ ex Tremilete filium habuit Cragum, qui Lyciæ monti nomen dedit. *Steph.*
Praxilus, urbs Macedoniæ: gentile Praxilius. *Steph.*
Praxiteles, statuarius marmore nobilitatus, & præcipuè duplici Venere, Gnidia & Coa. *Plin.* lib. 34. cap. 8.
Præciani, pop. Aquitani. *Cæs. de Bel. Gal.*
Precius, lacus est *Ciceroni* in *orat.* pro *Milone.*
Priamus, Rex Trojæ, Laomedontis Regis Trojanorum filius à Pyrrho propè aram Jovis occisus.
Priamus alius, Politę filius, superioris nepos. *Virg.* (cuba.
Priameius, a, um, . syllabarum, ut conjux Priameja, id est, He-
Priamides. Virg.- *Priamidem laniatum corpore toto.*
Priapeja, carmen obscœnum, quod alii Virgilio, alii Ovidio, alii aliis adscribunt.
Priaponnesus, ins. est in sinu Ceramico. *Plin.* lib. 5. cap. 31.
Priapus, Bacchi, ac Veneris filius, hortorum deus creditus est.
Priapus, urbs est Hellesponti. *Plin.* lib. 5. cap. 32.
Priapus, ins. est contra Ephesum. *Plin.* lib. 5. cap. 31.
Priene, opp. est Joniæ regionis. *Strab.* lib. 12.
Priene, ab Amazonibus condita. *Diod.* lib. 4.
Prienæus, sive Prienensis, qui est ex illo oppido.
Prilles, fluv. est in Hetruria. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Primis parva, & Primis magna, vici Æthiopiæ Ægypti. *Ptol.*
Prinassus, urbs Cariæ: gentile Prinasseus. *Steph.*
Prinessa, ins. est inter Leucadiam & Achajam. *Plin.* lib. 4.
Priola, urbs propè Heracleam: gentile Priolæus. *Steph.*
Prion, flumen est in Arabia Fœlici. *Ptol.*
Prion, mons est in ins. Coo, propè Rhodum. *Plin.* lib. 3.
Priscianus, Cesariensis, scripsit de Arte Grammatica, & alia.
Priscillianus, hæreticus quidam. Vide Divum Isidorum, 24. quæst. 3. cap. Quidem. §. Priscillianistæ.
Priscillianistæ, dicebantur sectatores Priscilliani.
Priscus Helvidius, sub Nerone quæstor. Achajam administravit. *Tacitus* & *Probus.*
Priscus, Panites genere, scripsit historiam Constantinopolitanam, & Attilæ libros 8. *Suid.*
Privernum, opp. est mediterr. in Latio. *Ptol.* Vulgò *Piperno.*
Privernates, incolæ sunt Priverni. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Privernas, atis, ut Privernatia vina. *Plin.* lib. 14. cap. 16.
Privernus, viri proprium apud *Maronem* lib. 9.
Proana, urbs Thessaliæ: gentile Proanæus. *Steph.*
Proana, urbs Mellensium: incolæ Proanii. *Steph.*
Probalinthus, opp. fuit in Attica regione. *Plin.* lib. 4. c. 7. Inde Probalinthius. *Steph.*

Probus Berytius, Grammaticus, Romæ docuit. *Suet.*
Probus Hybernus, scripsit vitam S. Patricii. *Possev.*
Procax, Rex Albanorum, qui Amulium, & Numitorem filios habuit. *Virg.* lib. 6.
Prochyta, ins. est in sinu Puteolano, dicta quasi profusa. Vulg. *Procida.*
Procle, urbs Lydiæ: gentile Procleus. *Steph.*
Procli, ins. est deserta post Sunium, juxta Laurion. *Pausan.*
Proclus, Lycius, discipulus Syriani, Philosophus Platonicus, cujus Comment. in Plat. habemus.
Proclus, Malleotes patria, scripsit in Sophismata Diogenis, & contra Epicurum. *Steph.*
Proclus, cognomento Proculejus scripsit in Pandore fabulam Hesiodi, & alia quædam Geometrica.
Proclus, Naucratita, quem unum è suis præceptoribus fuisse, memorat Philostratus. (*mora.*
Proconnesus, ins. est in Propontide ante Cyzicum. Vulg. *Mar-*
Proconnesus, opp. est minoris Asiæ. *Herod.* lib. 6.
Proconnesius, a, um. *Herod.* Metrodorus Proconnesius dux ab Hellesponto. *Plin.* lib. 5. *cap. ult.*
Procopius, è Cæsarea Palæstinæ orator & sophista, scripsit res gestas Justiniani Principis, cujus scriba fuit.
Procris, uxor fuit Cephali, Iphidis filia. *Ovid.* 7. *Metam.*
Procrustes, latro insignis in Attica regione. *Plutarc.*
Proculejus, eques fuit Romanus, Augusti amicissimus. *Plut.*
Proculus, cognomen ejus, qui sit à patria *procul.*
Procuse, ins. est circa Ephesum. *Plin.* lib. 5. cap. 31.
Procyon, stella quæ & Syrius dicitur. *Plin.* lib. 18. cap. 58.
Proerna, civ. est Thessaliæ. *Strab.* lib. 9.
Prœtides, Thebarum porcæ sunt. Lege Aldum in Pati.
Prœtides Prœti filiæ, poëtarum carminibus celebratæ.
Prœtus, Abantis Regis Argivorum filius, cui successit in Regno. *Hom. Odiss.* 11.
Progassea, urbs Lydiæ, à Progasso Melampolis filio. *Steph.*
Progne, Pandionis Atheniensium Regis filia, quæ Tereo Thracum Regi matrimonio juncta est. *Ovid.* lib. 6. *Metam.*
Progne, ins. est contra Rhodum. *Plin.* lib. 5. cap. 31.
Promatica, civ. est Mysiæ inferioris. *Ptol.*
Prometheus, filius Japeti fuit, & pater Deucalionis. *Serv.*
Promontorium album, est in Phœnice. *Plin.* lib. 5. cap. 19.
Promontorium Apollinis, est in Mauritania Cæsariensi.
Promontorium candidum, est in Africa. *Solin.* cap. 40.
Promontorium Mercurii, est in eadem Africa. *Solin.* cap. 40.
Promontorium Sacrum, est in Lusitania. Vulgò *Cabo de San Vicente.*
Promontorium Minervæ, est juxta Surrentum. *Ovid.* 15. *Metam* Vulgò *Cabo de Minerva.*
Pronastæ, antiqui pop. Bœotiæ. *Steph.*
Propale, urbs Siciliæ: gentile Propaleus. *Steph.*
Propertius, Elegiarum Poëta, ex Mevania oppido oriundus, quod est in Umbria.
Propontis, idis, mare inter Hellespontum, & Bosphorum Thracium. Vulgò *Mar de San Gregorio.*
Propontiacus, a, um. Prop. *Tulle Propontiaca*, quia fuit Isthmus.
Prosa dea, cui ara Romæ deprecandi gratia periculi ab egro partu constituta est. *Gel.* lib. 16. cap. 16.
Proselenitæ, pop. sunt in Galat. *Ptol.*
Proselena, civ. est Phrygiæ minoris in Asia propria.
Proserpina Luna dicitur, Jovis ex Cerere filia. Grecis Persephone, de cujus raptu *Cic. in Verr.*
Proserpinam à proserpendo dictam, asserit *August.* lib. 9. *de Civit. Dei.*
Prosoditæ, pop. sunt Ægypti. *Ptol.*
Prosopites nomos, præfectura est in Ægypto. *Ptol.*
Prosopopies, ins. in Delta Nili, quæ vocatur Natho. *Her.* l. 2.
Prosoponthe, id est, *persona Dei*, civ. est Ægypti.
Prospalta, vicus in Acamantide tribu: incola Prospaltius. *Stat.*
Prostama, civ. est Pisidiæ in Pamphylia. *Ptol.*
Prosimus, judex inferorum, de quo vide *Arnobium* lib. 5. adversus Gentes.

Prosimuna, civ. est in Peloponneso in qua Juno colitur. *Steph.*
Protagoras Abderdes, Philosophus, Democriti auditor.
Protagoras alius, Astrologus, in quem Euphorion Epicedium scripsit. *Diod.* (sum. *Cic.*
Protagoræus, & Protagoricus, a, um, ut Protagoricum respon-
Prote, ins. una è Cycladibus. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Prote, insula est ante Zazinthum. *Plin.* lib. 4. cap. 12. Vulgò *Pruedo*: gentile Proteus. *Steph.*
Protesilaus, filius Iphicli, unus fuit ex Græciæ Principibus: interpret. *Primus populi.*
Protesilai turris, & delubrum, propè Hellespontum. *Plin.* l. 4.
Proteus, deus marinus, Oceani & Tethyos filius: à quo
Proteo mutabilior, proverbium, in vafrum, & versipellem. *Erasm.*
Prothoenor, unus ex Bœotiæ Principibus, qui ad Trojam venerunt. *Homer. Iliad.* lib. 2.
Prothous, unus è Græcorum ducibus, qui ex Magnesia ad Trojam venit. *Homer. Iliad. ibidem.*
Protogenes, viri proprium, significat aliquem primi generis.
Protogenes, pictor nobilissimus, cui patria fuit Caunus. *Plin.* lib. 35. cap. 10.
Protogenia, Deucalionis fuit, & Pyrræ filia.
Protomacera, civ. est in Ponto. *Ptol.* (*Steph.*
Proxenupolis, urbs juxta Neucratiam: civis Proxenupolites.
Prusa, civ. est in Ponto, & Bithynia. *Ptol.*
Prusa, urbs apud Myssios ad radices Olimpi, quam Prusias condidit. *Strab.* lib. 11. à qua
Prusienses dicti; ab altera autem Prusenses. *Plin.* Asclepiades Prusiensis.
Prusiacus, a, um. *Sil. Donec Prusiacas delatus signifer oras.*
Prusias, Rex Bithyniæ, apud quem Annibal exulavit, postquam victus à Romanis deposcebatur ad pœnas.
Primnesia, civ. est Phrygiæ magnæ. *Ptol.*
Prymno, ûs, Nympha, Oceani & Tethyos filia. *Hesiod.*
Prytaneum, Athenis locus in quo judices versabantur. *Cic.*
Prytaneum, in Siphno ins. est. *Herod.* lib. 3.

P ANTE S.

Psacum, promont. est Cretæ ins. *Ptol.*
Psámathe, fons est Bœotiæ regionis. *Plin.* lib. 4. cap. 7.
Psammathus, untis, opp. est Laconię. *Plin.* lib. 4. cap. 5.
Psammenitus, Amasis filius, & Ægyptiorum Rex. *Her.* lib. 5.
Psammetichus, Rex Ægypti, cujus tempore 200. Ægyptiorum millia ad Æthiopes transierunt. *Herod. & Strab.* l. 16.
Psaphara, civ. est in Macedonia.
Psaphis, locus est in Attica. *Strab.* lib. 9.
Psaphis, vel potius Psophis, vocatur ars Zazinthi insulæ.
Psaptos, fluv. est Sarmatiæ Asiaticæ. *Ptol.*
Psebo, regio interior quam Æthiopia. *Steph.*
Pseas, Nympha satelles Dianæ. *Ovid.* lib. 3. *Metam.*
Pselcis, civ. est Ægypti. *Ptol.*
Pselus, nomen auctoris, qui de ratione victus scripsit.
Psenaco, vicus Athribitę pręfecturę: incolę Psenacatę *Steph.*
Psentris, Ægyptius vicus: gentile Psentrites. *Steph.*
Pseudartace, collis in Scythia post montem sacrum. *Steph.*
Pseudocelis, civ. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Psilæ, ins. est contra Ephesum. *Plin.* lib. 5. cap. 31.
Psophis, idis, opp. est Arcadiæ, sic dictum à Psophide Erycis Siculi filia. *Plin.* lib. 4.
Psophidius, a, um, res ad Psophidem pertinens.
Psophidius in *Plin.* lib. 7. mendosè legitur Sophidius.
Psophidius quoque legendum est apud Valerium, non Sophidius.
Psychia, ins. una Cycladum, quæ aliàs Amargos. *Steph.*
Psychrus, fluv. in terra Assyriæ, Chalcidicum agrum præterfluens.
Psycrus, vocatur à nimia illius frigiditate. *Arist.*
Psylli, pop. sunt Africæ ad Syrtim minorem. *Plin.*
Psyra, ins. est juxta Chium. *Strab.* lib. 14. Vulgò *Psara.*
Psyra, ins. est in sinu Ceramico. *Plin.* lib. 5. cap. 31.
Psytralia, ins. est ante Salaminam Atticæ. *Plin.* lib. 4.
Psytralia, civ. est in Africa. *Strab.*

P ANTE T.

Ptélea, priùs dicta est, quæ posteà Ephesus. *Plin.* lib. 5. c. 29.
Ptéleon, opp. est Bœotiæ regionis. *Plin.* lib. 4. cap. 7.
Ptéleon, opp. est Messeniæ in Peloponneso. *Plin.*
Ptéleon, nemus est in sinu Pegaseo. *Plin.* lib. 4.
Ptéleon, opp. est Joniæ propè Mimanta montem.
Pteria, urbs Cappadociæ, quam Birus expugnavit. *Herod.* l. 1.
Ptoerophoros, Regio est juxta Riphæos montes. *Plin.* lib. 4. cap. 13. Ibi creduntur esse mundi cardines.
Ptolemæus, Lagi gregarii militis filius, apud Alexandrum maximæ auctoritatis, regnavit in Ægypto, annis 40.
Ptolemæus Philadelphus, hujus filius, patri in regno successit, construxitque Bibliothecam celeberrimam.
Ptolemæus Evergetes, i, *beneficus*, regnavit annis 26.
Ptolemæus Philopator, 17. annis in Ægypto regnavit.
Ptolemæus Epiphanes, Rex Ægypti fuit annis 23.
Ptolemæus Philometor, annis 35. regnavit: post quem
Ptolemæus, Evergetes alius, viginti novem.
Ptolemæus Lathyrus, cui Auletes successit.
Ptolemæus Dionysius, qui caput Magno Pompejo abscidit.
Ptolemæus, Cypriorum Rex, qui suis divitiis Romanorum locupletavit ærarium.
Ptolemæorum seriem describit *Strab.* lib. 17.
Ptolemæus, Astrologus, natione Ægyptius, Alexandriæ professus est, tempore Trajani Cæsaris. *Suid.*
Ptolemæos quoque sex alios commemorat *Suidas.*
Ptolemæus, Abobi filius, Simonis Ducis Judæorum gener. *Joseph.*
Ptolemæus, a, um. *Propert. Et Ptolemææ littora capta Phari.*
Ptolemais, aidis, oppidum in margine maris Rubri. Vulgò *Tolomita.*
Ptolemais, opp. est Phœniciæ, colonia Claudii Cæsaris.
Ptolemais, oppidum est Cyrenaicæ regionis. *Ptolem.*
Ptolemais, opp. est Arabiæ. *Pomp.* lib. 3. cap. 1.
Ptolemais, opp. est item Ægypti, & Æthiopiæ. *Strab.* lib. 17.
Ptua, civ. est Armeniæ majoris. *Ptol.*
Ptychia, ins. est propè Corcyram. *Plin.* lib. 4. cap. 12. Vulgò *Isla del Guido.*

P ANTE U.

Publicola, cognomen Publii Valerii, qui primus cum Bruto post expulsos Reges Consul declaratus est. *Liv.*
Publius, & Laberius Poëtę mimographi, Julii Cæsaris familiares. *Gel.*
Publius, cognomen ejus, qui populo gratus fuit.
Pucialia, civ. est Hisp. *Ptol.*
Pucinum, castellum est Venetæ regionis. *Plin.* lib. 3. cap. 14.
Pucinum, opp. est Istriæ Mediterraneum. *Ptol.*
Pucinium vinum, ab opp. Pucino in quo nascitur. *Plin.*
Punicus, nomen quo Carthaginenses vocantur: unde
Punica bella dicuntur, quæ Romani gessere cum Carthaginensibus.
Punsa, civ. est Libyæ interioris. *Ptol.*
Puppius, Poëta tragœdiographus, cujus poëmata lacrymosa vocavit. *Horat. Epist.* lib. 1. *lacrymasa poëmata Puppi.*
Pupulum, civ. est Sardiniæ ins. *Ptol.*
Puput, vel Pupud, opp. est Africæ propè Bizantium.
Pupud, nomen in *d.* desinens protulit *Prisc.*
Purgatorium, opp. Ultoniæ in Hybernia ab admirabili illo S. Patritii purgatorio ita dictum. *Ocabasa vind.* 2. cap. 1.
Putea, civ. est Africæ sub Adrimyto. *Ptol.*
Putea, civ. est Palmyrenæ regionis Syriæ. *Ptol.*
Puteoli, orum, civ. est in ora Campaniæ. *Plin.* lib. 3. cap. 4. Vulgò *Pozzolo.*
Puteolanus, sinus qui adjacet Puteolis dicitur.
Puteoli, prius Dicæarchia, & Delos Junior dicta est.
Puticuli, locus erat publicus Romæ ultra Exquilias, commune plebi sepulcrum, ita dictus quod ibi cadavera sepultorum putrescerent; sive à puteis, seu fossis in quibus sepeliebantur, quod genus vetustissimum est sepulturæ. *Fest.*

P ANTE Y.

Pydes, urbs & fluv. Pisidiæ: gentile Pidesius. *Steph.*

Pyenis, urbs Colchorum : gentile Pyenites. *Steph.*
Pygmæi, pop. sunt Indiæ pumiliones. *Plin.* lib. 7. c. 2.
Pigmæi, dicti à pygmon, onis, quod est *cubitus*, quasi *cubitales*.
Pygmæi, quoque sunt in Thracia. *Plin.* lib. 4. c. 11.
Pygmalion, filius fuit Cilicis, qui Paphum suscepit ex Eburnea statua, quam Venus transformavit in puellam. *Ovid.*
Pylaceum, opp. est Phrygiæ magnæ. *Ptol.*
Pylades, filius Strophi Phocensis, Oresti amicissimus.
Pylæ, arum, quæ Latinè dicuntur portæ montium.
Pylæ, montes sunt in Æthiopia Ægypto. *Ptol.*
Pylæ, locus Arcadiæ : gentile Pyleites. *Steph.*
Pylæmenes, dux Paphlagonum, ex his qui in Trojanorum auxilium venerunt, à Menelao interfectus.
Pylartes, vir Trojanus, ab Ajace interfectus. *Hom.*
Pyle, es, opp. est in Arcadia. *Plin.* lib. 4. cap. 6.
Pylene, civ. est Ætoliæ. *Hom. in Cat.*
Pylia, urbs quam Pylii in Italiam trajicientes condidere.
Pylii, pop. sunt in Peloponneso. *Strab.* lib. 8.
Pylos, opp. est Elidis in Achaja. *Plin.* lib. 4. cap. 5.
Pylos, opp. Messeniæ à Deleo conditum. Vulgò *Navarino.*
Pylius, a, um, à Pylo, opp. Messeniæ. *Juv. Rex Pylius magno.*
Pynoma, ins. est propè Britanniam. *Sol.*
Pyracmon, inter Cyclopes numeratur. *Virg.* lib. 8. *Æneid.*
Pyræa, pars Thessaliæ, à Pyra nominata. *Steph.*
Pyræchmes, viri proprium, cujus sæpè meminit *Homer.*
Pyræ, opp. est Latii propè Formias. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Pyræi, pop. fuerunt Lyburniæ. *Plin.* lib. 3. cap. 22.
Pyræum, promont. est Atticæ regionis.
Pyramus, adolescens Babylonius, qui amore Thisbes se interemit. *Ovid.* lib. 1. *Metam.*
Pyramus, fluv. est Ciliciæ. *Pomp.* & *Strab.* lib. 1.
Pyrander, Quæstor Atheniensis à pop. saxis obrutus.
Pyranthus, urbs parva, aut vicus Cretæ juxta Gortynam; incolæ Pyrrhantii. *Steph.*
Pyrasus, vir Trojanus, ab Ajace interfectus. *Hom.*
Pyrasus, civ. in Thessalia. *Strab.* lib. 9.
Pyrene, puella in Pyremæo monte ab Hercule compressa: undè
Pyrenæi, montes dicti, qui dividunt Galliam, & Hispaniam.
Pyrene, mons est idem, qui Pyrenæus. (*Silius.*
Pyrenis, idis, à Pyrene. *Ovid. Ephyras Pyrenides undas.*
Pyrenæus, a, um. *Luc. Jamque Pyrenææ, quas numquam solvere Titan.*
Pyrenæus, Rex Thraciæ, qui Daulidam urbem Phocidis occupavit. *Ovid* lib. 5. *Metam.*
Pyreros, fluv. est Scythiæ in Istrum cadens. *Her.* lib. 4.
Pyretos, Græcis indigenis autem parata appellatur.
Pyrgenses, pop. sunt Messeniorum.
Pyrgi, orum, opp. est Hetruriæ propè Romam. *Plin.* lib. 3. cap. 5. Vulgò *Civitá Vecchia.*
Pyrgi, civ. est in Peloponneso. *Strab.* lib. 8.
Pyrgo, nomen fuit nutricis natorum Priami. *Virg.* l. 5. *Æneid.*
Pyrgoteles, gemmarum sculptor artificiosissimus. *Plin.* lib. 36.
Pyrgus Euphanta, opp. est Syrtis magnæ. *Ptol.*
Pyrgus, opp. est in ins. Thera. *Her.* lib. 4.
Pyrnus, urbs Cariæ : cives Pyrnii. *Steph.*
Pyro, Nympha quædam, Oceani & Tethyos filia. *Her.*
Pyrodes, Cilicis filius, qui primus ex silice ignem excussisse dicitur. *Plin.* lib. 7. c. 56.
Pyropelis, pop. sunt Thraciæ. *Plin.* lib. 11. cap. 11.
Pyrois, unus ex equis Solis, quasi *ardens. Ovid.*
Pyronea, urbs Locridis, à Pyrone quodam. *Steph.*
Pyrpile, prius dicta est, quæ posteà Delos. Vulgo *Sdiles.*
Pyrpile dicta, quod ibi ignis primo repertus fuerit. *Plin.*
Pyrrha, uxor fuit Deucalionis. *Ovid.* 1. *Metam.*
Pyrrha, opp. est Cariæ conventus Alabandici. *Plin.* lib. 5. cap. 29. Vulgò *Demoniari.*
Pyrrha, urbs fuit in Lesbo ins. *Plin.* lib. 5. cap. 31.
Pyrrha, ins. est in sinu Ceramico. *Plin.* lib. 5. cap. 31.
Pyrrha, opp. fuit in Phocide regione. *Plin.* lib. 4. c. 3
Pyrrhæi, pop. sunt harum civitatum incolæ.
Pyrrhæi, pop. etiam sunt finitimi Epiro.
Pyrrhæi Æthiopes, pop. sunt Libyæ interioris. *Ptol.*
Pyrrhia, proprium mulieris apud *Horatium*, lib. 1. *Epistol.*
Pyrrho, Philosophus Elidensis, discipulus Anaxarbæ : à quo
Pyrrhonii Philosophi dicti, quos Græci Scepticis, id est, *consideratores* appellant.
Pyrrhus, Rex Epirotarum, Achille, & Hercule oriundus. *Plut.*
Pyrrhus alius, Achillis & Deidamiæ filius.
Pyrrhus, Latinè interp. *fulvus*, sive *rufus* : undè
Pyrrhus, à capillorum qualitate vocatus est, cum prius Neoptolemus diceretur. *Serv.*
Pyrrhus, campus est in Mauritania Tingitana. *Ptol.*
Pystira, ins. est propè Smyrnam. *Plin.* lib. 5. cap. 31.
Pythagoras, Samius Philos. patre Mnesarcho.
Pythagoras dictus, quod vera Pythio non minus loqueretur.
Pythagorei, & Pythagorici, qui sectam Pythagoræ tenent. *Quint.*
Pythagoræus, a, um, ut Pythagoræa somnia. *Horat.*
Pythagostæ, qui vitam Pythagoræ imitantur.
Pytheum, civ. est Pelasgiotarum in Macedonia.
Pythia, civ. est Phocidis in Achaja. *Ptol.*
Pythia, orum, ludi Apollinares, in Apollinis honorem instituti in Pythio Macedoniæ loco. (*talentum.*
Pythias, mulier apud *Horat. Pythias emuncto lucrata Simone*
Pythis, promont. est Marmaricæ regionis. *Ptol.*
Pythius, cognomen Apollinis, à Pythone dracone, quem interfecit. *Strab.* lib. 9.
Pythodorus, sculptoris eximii proprium. *Plin.* lib. 36. cap. 5.
Pythones-come, locus in Asia, quo ciconiæ advenientes conveniunt. Vide *Plin.* lib. 10. cap. 23.
Python, serpens quem Apollo interfecit.
Python, onis, opp. est Phocidis. *Hom.* 2. *Illiad.*
Python, Orator Byzantius apud Philippum Macedoniæ Regem, cujus meminerunt Æeschines, & Demosthenes.
Pythopolis, civ. in Asiæ parte, quæ Mysia vocatur. *Plin.*
Pyxis, urbs in Mediterranea parte Oenotriorum, à qua fit gentile Pyxius. *Steph.*
Pyxites, fluv. est in Themiscyrena ad Trapezuntem. *Plin.* lib. 6. cap. 4.
Pyxus, untis, opp. est, & fluv. Lucaniæ in Italia, à Latinis Buxentum appellatum. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Pyxus quoque civitas in Caria. (tius *Steph.*
Pyxus, urbs Siciliæ à Myantho condita: qui habitat, Pyxun-

DE LITTERA Q.

Quadi, Bohemorum olim gens, quæ sicut & Marcomani, carnibus equorum, vulpiumque delectabatur. *Tac.*
Quadrata, Romæ locus in Palatio ante templum Apollinis dicitur.
Quadratus, Apostolorum discipulus, ac Præsul Atheniensis. *Eusebius* lib. 3. cap. 27. *Historiæ Eccles.*
Quari, pop. Galliæ Narbonensis, quos Quariates *Plinius* appellat. *Strab.* lib. 14.
Queria, territorium, sive Comitatus Momoniarum in Hybernia, & titulus Baronis. *Ocabasa vindicat.* 2. cap. 1.
Querquerni, populi conventus Braccarensis in Hisp. *Ptol.*
Querquetulana, porta Romæ, à querceto, quod juxta se habebat, dicta.
Querquetulanæ, Nymphæ querceto virescenti præsidentes.
Querquetulani pop. ab opp. Latii, quod interiit. *Plin.*
Quietalis, Pluto dictus est, quod quies ad mortuos maximè pertineat, aut potiùs quod mors quies sit ærumnarum omnium.
Quilcoquia, opp. Lageniæ in Hybernia.
Quildaria, opp. Lageniæ in Hybernia, Sedes Episcopalis, & Comitatus, à quo Comes Quildarich dictus.
Quildalonia, sive Laonia, oppidum & Sedes Episcopalis Momoniarum in Hybernia.
Quillesia, oppidum in Hybernia. (tis titulus.
Quilmaloquia, opp. Momoniarum in Hybernia, ac Vicecomi-
Quilmoria, opp. ac Sedes Episcopalis Ultoniæ in Hybernia.
Quilnimalagia, opp. Momoniarum in Hybernia.
Quilquennia, urbs prætoria, & elegantissima Lageniæ in Hyber-

Hybernia, aëris, & soli temperatura, ac fertilitate numquam satis laudata.

Quilrusia, opp. Momoniarum in Hybernia, ac portus maritimus.

Quinsalia, opp. ac portus maritimus Momoniarum in Hybernia, & titulus Baronis.

Quinquatria, dies festus Minervæ, ita dictus, quod diebus quinque, aut quod post diem quintum Iduum Martii celebraretur.

Quintana, porta in castris post prætorium, ubi venalium rerum forum solet esse.

Quintilianus, Rhetor, ortus in Hispania, ex civitate Calagurritana, primus è fisco salarium tulit Romæ.

Quintilius, Virg. & Horatii familiaris fuit. *Euseb.*

Quintius, & Quintus, cognomina antiquitùs in magno usu.

Quintia prata, trans Tyberim erant, dicta à *Q. Cincinnato.*

Quintipor, servile nomen apud Veteres, ut Publipor.

Quirinalia, orum, dies quo Quirino sacræ fiebant.

Quirinalis mons sive collis, unus è septem Romæ. Vulgò *Montecavallo.*

Quirinalis, porta Romę dicitur, quod ea in collem Quirinalem itur: sive quod proximè eam sit Quirini sacellum. *Fest.*

Quirinus Mars dicitur, cum est tranquillus; cum sævit, Gradivus.

Quirinus, Hybernus Episcopus, ad quem S. Georgius Magnus Romanus Pontifex epistolam scripsit, quæ habetur tom. 4. operum ejusdem Sancti.

Quirites, Romani dicti sunt, à *Quirino*, id est, à *Romulo*, qui Quirinus appellatus est, quod hasta, quam Sabini quirim vocant, assiduè uteretur. *Serv.*

Quirites, quoque Romani appellati sunt, à Curibus Sabinorum. *Liv.*

Quiza, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis.

DE LITTERA R.

Raba, urbs est ad sinum Jonicum: gentile Rabæus. *Steph.*

Rabathmoma, urbs Palęstinę, quæ nunc Arcopolis. *Steph.*

Rabbat, metropolis est filiorum Ammon, quæ hodie Philadelphia dicitur.

Rabbatamna, urbs Montanæ Arabiæ. *Steph.*

Rabirius, eques Romanus, quem contra T. Labienum defendit *Cicero.*

Rabirius, Poëta quidam temporibus *Ovidii.*

Racalami, pop. sunt Sarmatiæ in Europa. *Ptol.*

Racatæ, campi sunt in Germania magna. *Ptol.*

Racilius, Tribunus plebis, qui de Clodianis facinoribus est questus in Senatu. *Cic. in Epist.*

Radagasus, Gothorum Rex, dicitur habuisse sub signis supra ducenta armatorum millia. *Paulus Diaconus.*

Radulfus, Hybernus, Archiepiscopus Casseliensis, scripsit in jure Canonico librum, epistolas item familiares: vivebat anno 1347. *Ocabasa vindicat.* 3. cap. 1.

Rætiara, civ. est Mysiæ superioris. *Ptol.*

Ramidava, civ. est in Dacia. *Ptol.*

Ramnetes, tertia pars pop. Romani tempore Romuli.

Ramunenies, iidem qui Ramnetes. *Liv.* lib. 1.

Raphanea, civ. Syriæ regionis. *Ptol.*

Raphia, civ. est Judęę Palæstinæ, quæ Judæis Rama dicitur.

Rapotia, opp. Ultoniæ in Hybernia: unde Episcopus Rapotensis. *Ocabasa vindic.* 2. cap. 1.

Rastia, civ. est in Gallia. *Ptol.*

Ratacensii, pop. sunt Daciæ. *Ptol.*

Rataneum, castellum est in Liburnia. *Plin.* lib. 3. cap. 22.

Rathmoria, opp. Mediæ in Hybernia, à quo Baro Rathmoriæ. *Ocabasa vindic.* 2. cap. 1.

Ratiastum, opp. est Pictonum in Aquitania. *Ptol.*

Ratumena, porta Romæ, à Ratumena equorum agitatore.

Rauduscula, porta Romæ, à raudo, id est, ære appellata, eo quod ærata esset. *Varr.* 4. *de Ling. Lat.*

Ravenna, civ. Sabinorum in octava Italiæ regione. *Plin.*

Ravennas, atis, gentile à Ravenna.

Rauracii, pop. sunt Galliæ Belgicæ. *Plin.* lib. 4. c. 17. *Pueblo en aquellos Lugares, donde hoy hallamos Basiléa.*

Rauriaca, civ. est eadem in Gallia Belgica.

R ANTE E.

Reate, civ. est Sabinorum in Italia. *Plin.* lib. 3. cap. 12. Vulg. *Rieti, en la Sabina.*

Reatini, pop. Italiæ juxta urbem Reate.

Reatinus ager, umbilicus Italiæ. *Solin.*

Recinetum, aut Ricinetum, civ. Italiæ, quæ à priscis Recinata dicebatur. Vulgò *Recanati.*

Rediculi fanum, Romæ erat extra portam Capenam.

Redintovinum, civ. est in Germania. *Ptol.*

Regia Latinorum, opp. est Bæticæ conventus Gaditani. *Plin.* lib. 3. cap. 1. Vulgò *Vacna.*

Regia, sive Villa Regia, opp. Conaciæ in Hybernia, portus maritimus, & titulus Baronis. *Ocabasa vindicat.* 2. cap. 1.

Regienses, pop. sunt Regiæ superioris in Bætica.

Regianum, pop. est Mysiæ inferioris. *Ptol.*

Regias, opp. est Syriæ Syristicæ regionis. *Ptol.*

Regillia, opp. Sabinorum, unde patricia gens Claudia orta est.

Regillianus, Romanus Imperator à militibus consalutatus, veluti à nomine sumentibus omen.

Regillus, lacus in Italia, de quo *Plin.* lib. 33. Vulgò *Lago de Santa Praxéde.*

Regium Lepidi, opp. est in Gallia Togata. *Plin.* lib. 3.

Regienses, pop. sunt à Regio Lepidi cognominati.

Regiensis, e. *Cicer. Hoc idem à te Regienses impetravisse.*

Regius, lacus Conacię in Hybernia. *Ocabasa vindic.* 2. cap. 1.

Regius, fluv. est Mesopotamiæ. *Ptol.*

M. Regulus Atilius, quem Cartaginenses resectis palpebris illigatum in machina vigilando necaverunt. *Cic. in Pisonem.*

Remoria, aut Remuria, locus in summo Aventino, ubi Remus de condenda urbe fuerat auspicatus. *Fest.*

Remus, filius Martis, ex Rhea virgine Vestali.

Remulinus ager, dictus à Remo possessus.

Remuria, urbs est propè Romam: gentile Remuriates.

Resapha, civ. est Palmyrenæ regionis in Syria. *Ptol.*

Resi, pop. sunt propè Romam. *Strab.*

Resistos, opp. est Propontidis Chersonesi *Plin.* lib. 4.

Retigonum, opp. est Britanniæ insulæ. *Ptol.*

Retigonius, sinus est in Britannia insula. *Ptol.*

R ANTE H.

Rha, fluv. Sarmatiæ Europææ. *Ptol.* lib. 5. Alio nomine Volga, & à Tartaris *Edel* dictus.

Rhaabeni, pop. sunt Arabiæ Desertæ. *Ptol.*

Rhaba, opp. ad sinum Jonicum: gentile Rhabæus. *Steph.*

Rhabanitæ, pop. sunt Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*

Rhabathoma, Palęstinę urbs, Areopolis etiam dicta. *Steph.*

Rhabbatammena, opp. Montanæ Arabiæ. *Steph.*

Rhabo, fluv. est Daciæ. *Ptol.*

Rhacellus, urbs Macedoniæ. *Steph.*

Rhacii, & Mantus, filia fuit Pamphiliæ, à qua Pamphilia Regio. (*Steph.*

Rhacotes, Alexandria prius vocabatur. *Steph.*

Rhadamantus, filius Jovis ex Europa, Rex fuit Lyciæ, qui à poëtis judex fingitur apud inferos. *Virg.* lib. 6.

Rhadenusia, urbs Massiliæ, gentile Radenusius. *Steph.*

Rhadina, civ. est in Peloponneso. *Strab.* lib. 8.

Rhæa, urbs inter Scythiam & Hircaniam: gentile Rhęus. *Strab.*

Rhæba, civ. est in Hybernia insula. *Ptol.*

Rhæda, civ. est in Arabia Fœlici. *Ptol.*

Rhæantheni, pop. sunt Arabiæ Petreæ. *Ptol.*

Rhæti, pop. inter Alpinas gentes. *Plin.* lib. 3. cap. 29.

Rhætia, regio est contermina Venetæ regioni. *Plin.*

Rhætia prima, vel superior, inter fontes Rheni, & Lycum fluvium. Vulg. *Suevia.*

Rhætia secunda, vel inferior, inter Lycum fluv. & Danubii fontes. *Es parte de Babaria entre el Danubio, y los Alpes.*

Rhæticus, a, um, res ad illam pertinens.

Rhætico, onis, mons est in Rhætiis. *Pomp.* lib. 3.

Rhagæ, arum, civ. est Medorum: unde Rhagenus. *Steph.*

Rhagæa, civ. est in Parthia. *Ptol.*

Rhagina, regio est Mediæ. *Ptol.*

Rhamnes, sive Rhamnenses, equites erant Romani.

Rhamnus, untis, vicus erat in Attica regione. *Pompon.*

Rham-

Rhamnus, untis, portus es Cretæ ins. *Ptol.*
Rhamnus, opp. etiam est Cretæ Mediterraneum. *Plin.* lib. 4.
Rhamnusia, Indignationis dea, quam Græci Nemesim vocant: & Rhamnusia dicta est, quod in Rhamnunte templum habuerit ab Amphirao conditum.
Rhamnusius, a, um, ad Rhamnuntem pertinens.
Rhamnusis, idis. *Ovid.-memoremque time Rhamnusidis iram.*
Rhampsinitus, Rex fuit Ægypti post Proteum. *Her.* lib. 2.
Rhaphea, opp. est Decapoleos regionis. *Plin.* lib. 5. cap. 16.
Rhapsa, civ. est Mediæ regionis. *Ptol.*
Rhapses, pop. sunt Persidis regionis. *Ptol.*
Rhapta, civ. metropolis Æthiopiæ Ægypti in sinu Barbarico. *Ptolem.*
Rhaptum, promont. est Æthiopiæ Ægypti. *Ptol.*
Rhaptus, fluvius est ejusdem Æthiopiæ in sinum Barbaricum profluens.
Rharium, campus in Eleusino: undè Rharia regio. *Steph.*
Rhatini, pop. sunt Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Rhatostathybius, fluv. est Britanniæ ins. *Ptol.*
Rhatra, civ. est Babyloniæ regionis. *Ptol.* (*Steph.*
Rhaucus, urbs est in Mediterraneis Cretæ: gentile Rhaucius.
Rhavius, fluv. est Hyberniæ ins. *Ptol.*
Rhaunati, vicus est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Rhax, ins. est Lyciæ: gentile Rhagius. *Steph.*
Rhaxunda, civ. est Mediæ. *Ptol.*
Rhea, uxor Saturni, Cœli & Terræ filia, quæ & Cybele dicitur.
Rhea Sylvia, filia fuit Numitoris, Remi, & Romuli mater.
Rhebas, fluv. est ad fauces Bosphori Thracii. *Plin.* lib. 6. c. 1.
Rhedones, pop. sunt Galliæ Lugdunensis in Armorica. *Ptol.* Vulgò *Los de Rennes en Bretaña.*
Rhegena, civ. Arabiæ desertæ. *Ptol.* Melius Beganna.
Rhegium, opp. est Brutiorum in finibus Italię contra Messanam. Vulgò *Reggio.*
Rhegia columna, locus est juxta fretum Siculum. *Plin.* Rhe-
Rhegma, civ. est in Arabia Fœlici. *Ptol.* (ginus.
Rhematices, populi juxta sinum Persicum. *Steph.*
Rhemi, pop. sunt Galliæ Belgicæ. *Plin.* lib. 4. cap. 17.
Rhenanus, a, um, undè Cisrhenanus, & Transrhenanus, *Cæs.*
Rheni, orum, dicuntur pop. Rhenum accolentes.
Rheni primum ostium est, quod nunc Wallis. *Plin.* Helium appellatur, quod Austrum labitur Rheni.
Rheni secundum ostium, quod medium est, nunc *Lecca* dicitur.
Rheni tertium ostium est, quod nunc Vulgò *Isella.* Pomponius, & Plinius *Flavium* appellant.
Rhenia, ins. est una è Cycladibus in Ægeo, Delo proxima. *Plin.* Vulgò *Fermenia.* (Vulgò *Rhin.*
Rhenus, fluv. est Germaniæ celeberrimus ab Alpibus defluens.
Rhenus, in Oceanum hodie tribus ostiis evolvitur. *Altamer.*
Rhenus, fluv. Italiæ parvus prope Bononiam. *Plin.*
Rhesada, urbs Umbrorum: gentile Rhesalenus. *Steph.*
Rhesino, urbs circa Aborum fluv. gentile Rhesinates. *Steph.*
Rhesperia, ins. est non longè ab Epheso. *Plin.* lib. 5.
Rhesus, Rex Thraciæ, qui Albis equis in Trojanorum auxilium venit, à Diomede interfectus. *Homer.*
Rhesus, fluv. est Troadis Regionis. *Plin.* lib. 5. cap. 30.
Rhetus, gigas quem Dionysius in leonem versus occidit.
Rheudanici, sive Brandanici: montes excelsi sunt in Hybernia. *Ocabasa vindicat.* 2. c. 1.
Rheus, Centaurus quidam, Ixionis filius. *Luc.* lib. 6.
Rhexenor, Nausithoi filius, & frater Alcinoi Phæacum Regis. *Hom. Odyss.* 7.
Rhicina ins. est una ex quinque Ebudis. *Ptol.*
Rhigusa, civ. est in Hisp. *Ptol.*
Rhinocoruta, opp. est in finibus Palæstinæ. *Ptol.*
Rhion, prom. est Ætoliæ regionis. *Plin.* lib. 4. cap. 2.
Rhipe, urbs Arcadiæ: gentile Rhipæus. *Steph.*
Rhipæi venatores, pop. sunt Æthiopæ Ægypti. *Ptol.*
Rhiphæi, montes Scythiæ ex quibus Tanais oritur. Virg.-*ad Scythiam, Rhiphæasquè arduus arces.*
Rhiphæi, à Rhipados, quod flatus ventorum dicitur. *Merulla.*
Rhiphęus, a, um, id est, Scythicus, & Aquilonaris.
Rhiphæus, unus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius. *Ovid.*
Rhiphæus, Trojani nomen apud *Virg.* lib. 2. *Æneid.*
Rhitiana, civ. est Mesopotamiæ. *Ptol.*
Rhitium, opp. est Pannoniæ inferioris. *Ptol.*
Rhitymna, opp. est Cretæ maritimum. *Ptol.* Vulgò *Retimo.* Indè Rhitymniates. *Steph.*
Rhitrus, portus est Ithacæ. *Hom.* 1. & 2.
Rhium, promontorium Achajæ ad sinum Corinthiacum.
Rhium, promontorium aliud in Ætolia, à Thucydide Molycricum cognominatum.
Rhiundacus, fluv. est Ponti. *Ptol.*
Rhizana, civ. est in Dalmatia. *Ptol.*
Rhizena, urbs Cretæ: cives Rhizeniates. *Steph.*
Rhizinium, opp. est Romanorum civium in Liburnia. *Plin.*
Rhizonicus, sinus est in Dalmatia. *Ptol.* Vulgò *Golfo de Cátaro.*
Rhizopagi, pop. sunt Æthiopiæ Ægypti. *Ptol.*
Rhizus, civ. est Ponti Cappadocum. *Ptol.*
Rhizus, urbs Thessaliæ: gentile Rhizuntius. *Steph.*
Rhoata, civ. est Parthiæ regionis. *Ptol.*
Rhoas prius dicta est, quæ posteà Laodicæa. *Plin.* lib. 5.
Rhobogdium, promont. est Hyberniæ. *Ptol.*
Rhobogdii, pop. sunt Hyberniæ insulę. *Ptol.*
Rhocobe, opp. est Thraciæ regionis.
Rhodas, opp. est Rhodiorum in Provincia Narbonensi. *Plin.*
Rhoda, Hisp. civ. Vulgò *Rosas.* Liv. *Inde Rhodam ventum.*
Rhodanus, fluv. est Provinciæ Narbonensis. Vulgò *Rona.*
Rhode, fluv. est Sarmatiæ.
Rhodia, Nymphæ nomen, à roseo colore. *Hesiod.*
Rhodia, opp. est in Lycia. *Ptol.* Inde
Rhodiacus, a, um, Rhodus, a, um, & Rhodiensis, e.
Rhodiense, pelagus est in Asia propria. *Ptol.*
Rhodiopolis, opp. est Lyciæ regionis. *Plin.* lib. 5. cap. 27.
Rhodius, fluv. est Troadis regionis. *Plin.* lib. 5. cap. 30.
Rhodius, fluvius quoque est in Hispania.
Rhodius, fluvius etiam est Sarmatiæ.
Rhodoë, urbs Indica; gentile Rhodoëtes. *Steph.*
Rhodogune, filia Darii, quæ post mortem viri, nutricem quę illi secundas nuptias suadebat, occîdit.
Rhodope, mons est Thraciæ ab Orpheo frequentatus. Vulgò *Montaña del Argento.*
Rhodope dictus, à Rhodope impia deorum contemptrice.
Rhodope, mons est Macedoniæ. *Plin.* lib. 4. cap. 10.
Rhodopeius, a, um. *Ovid.-Rhodopeia Phyllis.* (montem.
Rhodophone, Syria dicta est ea parte, qua transit Taurum
Rhodopis, idis, meretrix fuit in Thracia miræ pulchritudinis, & opulentiæ. *Herod.* lib. 2. & *Plin.* lib. 36. cap. 12.
Rhodus, ins. & civ. in mari Lycio. Vulgò *Rodas.*
Rhodum, ins. nullo non die Sol aspicit. *Cic.*
Rhodussa, urbs Argivæ terrę: undè Rhodussius.
Rhœbus, equus fuit Mezentii. *Virg.* lib. 10. *Æneid.*
Rhœteum, promontorium, & oppidum Troadis, in quo sepultus Ajax Telamonius.
Rhœtæus, a, um. Virg. *Rhœteoque in littore inanem.*
Rhœtius, mons est Corsicæ ins. *Ptol.*
Rhœtus, Marrubiorum Rex fuit in Italia. *Virg.* lib. 5.
Rhoge, ins. est in mari Lycio. *Plin.* lib. 5. cap. 31.
Rhogomnaes, fluv. est Persidis regionis. *Ptol.*
Rhombitus magnus, fluv. est Sarmatiæ Asiaticæ. *Ptol.*
Rhombitus parvus, fluv. est in eadem Sarmatia. *Ptol.*
Rhopolani, pop. sunt Scythici ultra Danubium.
Rhotomagus, civ. est Nerviorum Galliæ Belgicæ. *Ptol.*
Rhotomagus, opp. quoque est Velicassiorum Galliæ Lugdunensis. Vulgò *Roan.*
Rhoxalani, pop. sunt Sarmatiæ in Europa. *Ptol.*
Rhuda, civ. est in Parthia. *Ptol.*
Rhuspe, portus, & opp. Africæ minoris. *Ptol.* Vulg. *Alfaques.*
Rhybdus, castellum Siciliæ: gentile Rhybdæus. *Steph.*
Rhymnus, Mysiæ fluvius, à quo Rhymnici populi, & montes. *Strab.* lib. 12.
Rhyndacus, urbs inter Phrygiam, & Hellespontum. *Steph.*

Rhynton, Poëta Tarentinus, nugator vilissimus. *Cicer.*
Rhypa, civ. est in Arcadia regione.
Rhypara, ins. est propè Samum insulam. *Plin.* lib. 5. cap. 31.
Rhyssadyon, prom. est Libyæ interioris. *Ptol.*
Rhysadiron, opp. est Mauritaniæ Tingitanę. *Ptol.*
Rhytion, opp. est Cretę mediterraneum. *Plin.* lib. 4. c. 12.

R ANTE I.

Richardis, Imperatrix Hyberniæ Regis filia in Sanctorum classem relata. *Fitzimon.*
Richardus, Archiepiscop. Armacanus Hybernus, plura scripsit, de quibus *Trithemius.* Claruit temporibus Caroli Imperatoris IV. & Innocentii Papæ VI. anno Domini 1376.
Richardus, Stamhuistus Dublinensis Anglo Hybernus, multa turpitèr, ignominiose, & mendacitèr contra Hybernos antiquos scripsit, quæ sanctæ Inquisitionis Senatus consulto in Regno Lusitaniæ combusta sunt. *Osullevanus* in Compendio.
Ricinentes, pop. sunt Piceni in Italia. *Plin.* lib. 3.
Rigiæ, civitates in Hybernia. *Ptol.*
Rigni, pop. sunt Britanniæ insulæ. *Ptol.*
Rigodunum, opp. est Britanniæ insulæ. *Ptol.*
Riguscæ, pop. sunt Rhœtiæ. *Ptol.*
Rincorania, portus maritimus Momoniarum in Hybernia.
Rinuci, pop. sunt Galliæ Belgicæ. *Plin.* lib. 4. cap. 17.
Ripa alta, civ. est Britanniæ insulæ. *Ptol.*
Ripepora fœdatorum, opp. est Bœticæ. *Plin.* lib. 3.
Risadir, portus est Mauritaniæ ad oram Oceani. *Plin.*
Risinum, opp. est Liburniæ. *Ptol.*
Rispia, opp. est Pannoniæ superioris. *Ptol.*
Rivum, promont. est Corsicæ insulæ. *Ptol.*

R ANTE O.

Robigo, dea quam Romani putabant rubiginem avertere. (*Ovid.*
Robigus, deus cui Robigalia sacra fiebant 7 Kalend. Maii. *Varr.* 1. *de Re Rust.* cap. 1.
Roma, nobilissima, & bellicosissima Italiæ urbs.
Roma, septicolis dicta, quod septem colles habeat.
Romanus, a, um, qui è Roma est, vel Romam inhabitat.
Romanicus, a, um, à Roma: ut Romanica juga. *Cat. de Re Rust.*
Romanensis, qui alibi ortus in Roma versatur.
Romanensem salem, qui alibi factus Romæ venditur, exponit Merula.
Romana porta, apud Romam à Sabinis appellatur, quod per eam proximus ipsis aditus esset. *Fest.*
Romanula porta, Romę erat in Palatino, ad Volupię sacellum. *Varr.*
Romandi, pop. sunt Galliæ Belgicæ. *Ptol.* Vulgò *Los de Vermandois en Francia.*
Romaniam, *M. Antonius Sabellicus* Thraciam vocat.
Romarinum, fluv. est Venetę regionis. *Plin.* lib. 3. cap. 26. Vulgò *Limina.*
Romarinum, portus quoque est in Veneta regione. *Plin. ibidem.* Vulgò *Puerto de Lematino.*
Romanus, Pontifex Romanus, ann. 897.
Romualdus, Hyberniæ Regis filius, Archiepiscopus Salernitanus, scripsit Chronicon. *Possevinus.*
Romualdus, Episcopus & Martyr, filius Regis Hyberniæ, & Mæchlinensium Apostolus. *Molanus.*
Romula, arbor dicebatur, sub qua Romulus, & Remus inventi sunt.
Romulea, cognominata est quæ posteà dicta Hispalis.
Romulus, Martis & Iliæ filius, primus Romanus Rex.
Romuleus, a, um, ut Romuleæ colles. *Ovid.* lib. 3. *Fast.*
Romulides, dicti sunt Romani á Romulo, ut Saturi Romulidæ.
Romus, Ulyssis, & Circes filius. *Steph.*
Ropicium, opp. est Corsicæ insulæ. *Ptol.*
Rosea, campus in agro Reatino appellatur. *Fest.*
Roscius Otho, Tribunus plebis, legem tulit, quàm Rusciam vocat *Livius.*
Roscius Gallus, Comœdus, Ciceronis præceptor. *Cic.*
Roscius Amerinus, in causa patricidii defensus à Cicerone.
Roscomania, oppid. & caput Comitatus Conaciæ in Hybernia: undè Comes Roscomaniæ.
Rosellæ, oppidum dirutum, juxta Thermas Sancti Philippi Vulgò *Rusella.*
Rosellę, & Rosetum, in Aureliano itinere, vel Claud. sunt.
Rosologia, civ. est Tectosagum in Galatia. *Ptol.*
Rosqueria, opp. Lageniæ in Hybernia.
Rossia, civ. Episcopalis Momoniarum in Hybernia.
Rossia, opp. ac portus maritimus Lageniæ in Hybernia.
Rostra, locus Romæ ex eo dictus, quod ex navibus hostium captis rostra ibi fixa erant. *Livius.*
Rosulum, opp. est non longè à Roma. Vulgò *Monte Roso.*
Rotanus, fluv. est Corsicæ insulæ. *Ptol.*
Rotunda, proprium nomen templi ejus, quod Numa Pompilius Vestæ sacrarat. *Fest.*
Roxana, Darii filia, & Alexandri concubina. *Plut. in Alexand.*
Roxicum, Corsicæ ins. civ. *Ptol.* lib. 3. c. 2. Vulgò *Regelo.*

R ANTE U.

Ruacensii, pop. sunt Sardiniæ ins. *Ptol.*
Ruaditæ, pop. sunt Ægypti. *Ptol.*
Ruba, civ. est Cyrrhesticæ regionis in Syria. *Ptol.*
Rubeas, prom. est in mari Scythico. *Plin.* lib. 4.
Rubi, orum, pop. sunt in Italia *Serv.*
Rubi, orum, opp. Campanię à Ruborum frequentia dictum.
Rubeus, a, um, à Rubis. Virg. *Nunc facilis Rubea texatur fiscina virga.*
Rubicon, onis, fluv. est Italiæ propè Ariminum. *Plin.* lib. 2. Vulgò *Pissatello.*
Rubon, onis, fluv. est Sarmatiæ in Europa. *Ptol.*
Rubra, civ. est Corsicæ insulæ. *Ptol.*
Rubricata, civ. est Lelætanorum in Hispania. *Ptol.*
Rubricatus, fluv. est Numidiæ in Africa. *Ptol.*
Rubrum mare est, quod alio nomine dicitur Erythræum.
Rubrum mare dictum, quia solis repercussu aquas existimarunt talem reddere colorem.
Rucantii, pop. sunt in Alpibus siti. *Strab.*
Ruconium, opp. est Daciæ. *Ptol.*
Rudiæ, arum, urbs Salentinorum in Italia, Ennii Poëtę patria.
Rubertus, filius hæreditarius Regis Hyberniæ, frater SS. Trudberti & Erentrudis, primusque Salsburgensis Episcopus, patronusque Pannoniæ, Bavariæ, & Noricorum. *Molanus.*
Rudusculana, porta Romæ, quod rudis, impolitaque sit relicta.
Ruesium, opp. est Velanorum in Gallia Aquitanica.
Rufæ, arum, opp. est Campaniæ. *Macrob.* lib. 7.
Rufinus, vir consularis, à Fabricio Censore damnatus.
Rufrimaceriæ, opp. est Campaniæ. *Cato. de Re Rust.*
Rufus Purpurio, Legatus Romanorum in Concilio Ætolorum. *Liv.* lib. 32.
Rufus, Centurio sub Scipione Africano militavit, cujus res gestas scripsit *Appian.*
Rufus Virginius, orator egregius, interfectus à Nerone. *Tacit.*
Rufus, Poëta Bononiensis, cujus *Martialis* meminit.
Rufus, medicus, qui sub Trajano Principe multa conscripsit.
Rufus, Corinthius sophista, dicendi gloria insignis. *Philostrat.*
Rugusci, pop. sunt in Alpibus siti. *Plin.* lib. 3.
Rugium, civ. est Germaniæ magnæ. *Ptol.* Vulg. *Cammin.*
Rulus, fluv. Momoniarum in Hybernia.
Rullus, viri proprium, qui legem Agrariam promulgavit, quam Cicero in suo Consulatu evertit. *Plin.* lib. 8. c. 51.
Rumia, dea quæ rumis, id est mammis & pueris lactentibus præsidebat. *Varr.*
Ruminalis ficus, sub qua lupa lactavit Remum & Romulum, quæ & Romula vocata est.
Rumin, cognominatus est Tyber, ex eo quod ripas ruminat. *Serv.*
Rumicatæ, pop. sunt in Vindelicia. *Ptol.*
Ruoghtius, fluv. Momoniarum in Hybernia.
Ruonus, Abbas inter Sanctos relatus, filius Regis Hyberniæ.
Rupes Nigra, portus maritimus Lageniæ in Hybernia. Vulg. *Blakrok.*

Ru-

Ruphiana, civ. est Nemetum in Gallia Belgica. *Ptol.*
Rusazus, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Ruscino, Colonia est Provinciæ Narbonensis. *Plin.* lib. 3. c. 4. Vulgò *Perpiñan.*
Ruscio, fluv. est ejudem Provinciæ Narbonensis. *Ptol.*
Rusellæ, una ex coloniis, quas Janus in Mediterraneis Italiæ posuit. *Cato in Orig.*
Rusellæ, arum, civ. est Tusciæ mediterranea. *Ptol.*
Rusella, colonia est in Hetruria. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Rusicada, opp. est Numidiæ in Africa. *Ptol.* Vulgò *Astora.*
Ruspę, arum, sive Ruspina, opp. est Africæ propriæ. *Ptol.* Vulgò *Alfaques, Villa y Puerto.*
Russia, opp. Ultoniæ in Hybernia.
Rusticana, civ. est in Hisp. *Ptol.*
Rustonium, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Rusoncore, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Rutheni, pop. sunt Provinciæ Narbonensis. *Plin.*
Rutilii, pop. sunt Germanię magnæ. *Ptol.*
Rutilius, Geminus, libros Pontificales fecit. *Cic. in Bruto.*
P. Rutilius, primus legem pugnandi militibus tradidit.
Rutilius Lupus, Rethor, cujus meminit *Quintilianus.*
Rutilius, Romanus quidam nobilis, à quo familia Rutiliorum.
Rútuba, fluv. Liguriæ ex Apennino fluens. *Plin.* Vulgò *Rota, rio de Vintimilia.*
Rútuli, antiquisimi Italiæ pop. qui Latium tenuerunt. *Plin.*
Rutulus, a, um. Virg. -*Rutulosque exercent vomere colles.*
Rutun, civitas est Siciliæ insulæ.
Rutupia, arum, civ. est Britanniæ ins. Vulgò *Rochestre.*
Rutupinum, promontorium Britanniæ. *Luc.* lib. 6.

DE LITTERA S.

SAana, civ. est Syriæ curvæ. *Ptol.* Melius *Gaana.*
Saba, civ. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Sabbatum Vadum, Liguriæ portus. Vulgò *Vali.*
Sabæi, pop. sunt Arabiæ Fœlicis. *Strab.* lib. 6.
Sabæ, civ. est Libyæ interioris. *Ptol.*
Sabææ aræ, ponuntur in Media. *Ptol.*
Sabæus, a, um, à Saba, ut *Thus Sabæum.* Virg.
Sabacus, Æthiopum Rex, qui Amasim Ægypti Regem fugavit, & illius Regnum 50. annis obtinuit. *Herod.*
Sabagena, civ. est Armeniæ minoris. *Ptol.*
Sabalassus, civ. est præfecturæ Sagarausanæ in Cappadocia.
Sabalia, civ. es Cappadociæ. *Ptol.*
Sabalingii, pop. sunt Germaniæ. *Ptol.*
Sabata, palus est in Tuscia. *Strab.* Undè Sabatinus. Vulgò *Lago de Anguilare.*
Sabatina, tribus à palude Sabata. *Fest.*
Sabathra, civ. est Sirtis parvæ. *Ptol.* Vulgò *Raximagabis.*
Sabatii, pop. sunt Galliæ Cisalpinæ. *Strab.*
Sabatinus, vicus Romę, authore *Fabio.*
Sabatium, opp. est maritimum Liguriæ. Vulgò *Saona.*
Sabelli, pop. sunt Italiæ, qui & Samnites: unde
Sabellicus, a, um. *Virg.*-*dentesque Sabellicus exacuit sus.*
Sabeto, sive Sabetos, fluv. est ad Neapolim.
Sabi, pop. Phrygiæ. *Steph.*
Sabdius, vir Romanus, qui plus vorabat, quàm posset concoquere: quem *Martialis* Epigrammate insectatur.
Sabis, Arabum deus, cui decimas mensura non pondere persolvunt.
Sabinianus, Pontifex Romanus, anno 604.
Sabini, antiquissimi pop. Italiæ. *Plin.* lib. 3.
Sabini, ἀπὸ τῦ σέβειν, i. *à deorum cultu & religione dicti.*
Sabinis, urbs est Paphlagoniæ in Galatia. *Ptol.*
Sabinus, declamator fuit tempore *Senecæ.*
Sabinus, Vespasiani frater, interfectus à Vitellio.
Sabinus, Sophista sub Adriano Principe, scripsit declamationum libros quatuor. *Suid.*
Sabinus Massurius, scripsit Fastorum & rerum memorabilium libros. *Suid.*
Sabinus Syrus vir memorandæ fortitudinis. *Joseph.*
Sabinus Tyro, scripsit de re hortensi. *Plin.* lib. 19. cap. 10.
Sabis, fluv. est Galliæ. *Cæsar in Commentariis.* Vulgò *Samble, rio que pasa por Namur.*
Sablusa, porta dicebatur, quæ rectè in Sabinos ducebat.
Sabosi, pop. sunt Sarmatiæ in Europa. *Ptol.*
Sabora, urbs Arabiæ in monte excelso. *Joan. Camer.*
Sabrina, æstuarium est maris Britannici, aut fluv. juxta *Tacit. Ptol.*
Sabubures, pop. sunt Africæ proprię. *Ptol.*
Saburotes, pop. sunt in eadem Africa.
Sabuta, civ. est Indiæ. *Strab.* lib. 15. *Her.* lib. 6.
Sabylls, vir Gelous, Cleandri Siciliæ tyranni interfector.
Sacada, civ. est Assyriæ. *Ptol.*
Sacæ, aram, pop. sunt latè patentes in Scythia Asiatica. *Plin.*
Sacalbina, civ. est Armenię majoris. *Ptol.*
Sacarum regio, est in Asia ultra Caspium, Sogdianis contermina.
Sacartia, civ. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Sacciaza, villa est Syrtis magnæ. *Ptol.* Vulgò *Zedicho.*
Sacer mons ponitur in Creta ins. *Ptol.*
Sacer mons, locus propè Romam ad tertium milliarium, supra Anienem fluvium.
Sacer, fluv. est Sardiniæ insulæ. *Ptol.*
Sacerani, dicti sunt Reati orti. *Fest.* Forsan Sacrani.
Sachalitæ, pop. sunt Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Sachalites sinus, in quo Pelasgiæ 7. insulæ jacent. *Steph.*
Sacilis, opp. est Bæticæ mediterraneum. *Ptol.*
Sacola, civ. est Æthiopiæ Ægypti. *Ptol.*
Sacoli, pop. sunt Sarmatiæ Asiaticæ. *Ptol.*
Sacos, vicus Pierię in Lacedæmone: gentile Sacius. *Steph.*
Sacorsa, civ. est Paphlagoniæ in Galatia. *Ptol.*
Sacra insula, vocatur Hybernia. *Fest.* Avenna.
Sacra ins. una ex adjacentibus Siciliæ. *Ptol.* Vulgò *Lebenzo*: quæ *sacra* Latinis, Græcis autem *Hiera* dicitur. *Diod.*
Sacra Germania, civ. est Mysiæ minoris in Hellesponto. *Ptol.*
Sacra via, locus Romæ, ubi Romulus, & Tatius fœdus jecerunt. *Cic. pro Plancio.*
Sacra petra, locus est Cretæ ins. *Ptol.* Vulgò *Cabo Cor.*
Sacrum prom. est in Corsica insula. *Ptol.*
Sacrum prom. est in Sarmatia Europæ. *Ptol.*
Sacrum prom. in Lusitania quoque *Ptol.* Nunc *Cabo de S. Vicente.*
Sacrum prom. in Hybernia est quoque. *Ptol.*
Sacrum, ostium Danubii in Mysia inferiori. *Ptol.*
Sadalis, urbs Ægypti: gentile Sadalies. *Steph.*
Saduca, fluv. est in Hisp. *Ptol.* Vulg. *Guadalquivirejo*: aliis *Rio verde.*
Saducæi, secta erat, quæ neque resurrectionem credebat, neque Angelos, neque spiritus esse.
Sadyates, fuit filius Ardyos, Gigis filii. *Herod.* lib. 1.
Sadene, mons Cumæ: gentile Sadenus. *Steph.*
Sæpinum, Samnitum opp. incolę Sæpinates. *Ptol. & Plin.*
Sada, opp. Hetruscorum quod interiit. *Cato in Orig.*
Sagæ, arum, pop. sunt Scythiæ Orientalis, qui Sacæ ante dicti. *Pomp.* lib. 3.
Sagalessos, opp. est Pisidiæ. *Plin.* lib. 5. cap. 27.
Saganeus, civ. est Bœotiæ in Achaja. *Ptol.*
Sagapola, mons est Libyæ interioris. *Ptol.*
Sagaris, aut Ságarus, fluv. est in ora Pontica, ortus in Phrygia.
Sagartia Chersonesus, juxta mare Campium: gentile *Sagartius. Steph.*
Sagartii, pop. sunt in Media. *Ptol.*
Sagartii, pop. sunt quoque in insulis maris Rubri.
Sagesania, opp. est Hisp. Tarraconensis.
Sagra, fluv. est in ora Magnæ Græciæ. *Plin.* lib. 3. cap. 10. Vulgò *Sagriano en Calabria.*
Sagrus, mons est in Media. *Ptol.*
Sagrus, Italię fluv. Pelignos, Ferentanosque dividens. *Strab.*
Saguntia, civ. Turdetanorum in Hisp. *Ptol.*
Saguntum, vel Saguntus, opp. in Hisp. citeriori, forte *Morviedro.*
Saguntinus, a, um. Martial. *Sume Saguntino Pocula facta luto.*
Sais, civ. est Metropolis in Ægypto: à qua
Saites, nomos, præfectura in eadem Ægypto. *Ptol.*
Saiticum, ostium Nili: & Saitica charta, ab eo quod Sais.
Saixæ, populi juxta Istrum. *Steph.*
Sala, fluv. & opp. Mauritaniæ. *Plin.* lib. 5. cap. 1.
Sala, civ. est Phrygiæ. *Ptol.*
Sala, civ. est Pannonię superioris *Ptol.*
Sala, civ. est Armeniæ majoris. *Ptol.*

Salaca, sive Salacia, civ. est Hisp. *Ptol.*
Salacia, dea aquæ à salo ciendo appellata. *Pacuvius.*
Salacia, opp. est Lusitaniæ. *Pomp.* lib.3. c.1. (*Suid.*
Salacon, vir fuit, qui cum pauper esset, divitem se simulabat.
Salacos, civ. Turdulorum in Hisp. *Ptol.*
Salagenus, civ. est in Cappadocia. *Ptol.*
Salambria, civ. est in Cappadocia. *Ptol.*
Salamii, pop. Arabię, sic dicti quòd fœdus cum Nabatæis pepigerunt; *sala* enim pacem significat. *Steph.*
Salamin, vel Salammis, inis, sive Salamina, nę, civ. est Cypri. Vulgò *Constancia*: & ins. in mari Euboico contra Athenas. Vulgò *Coluri.*
Salaminiacus, a, um, à Salamina, ut sinus Salaminiacus.
Salaminius, ex Salamine urbe: undè Solon Salaminius.
Salampsi, pop. sunt Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Salanga, prom. est Hybernię: hodie *Mons D. Dominici.*
Salaphitanum, opp. Africæ proprię. *Plin.* lib. 5.
Salapia, civ. est Dauniorum in Apulia. *Plin.* lib. 3. cap. 11.
Salapinus, a, um, à Salapia. *Luc. Quas recipit Salapina palus.*
Salapitani, à Salapia civitate dicuntur. *Prisc.* lib. 3.
Salaria via, quæ ex Urbe ducebat in Sabinos. (*Perot.*
Salaria dicta, quod per eam Sabini sal à mari deferebant.
Salariæ, duæ civitates in Hispania. *Ptol.*
Salariensis, colonia est Conventus Carthaginensis. *Plin.*
Salas, fluvius est Germaniæ. *Strab.* lib. 7.
Salathus, civ. est Libyę interioris. *Ptol.*
Salatii, pop. sunt Alpibus habitantes. *Steph.* lib. 4. Ubi hodie Provincia Longobardię. Vulgò *Canaveso.*
Salbudissum, civ. est in Thracia.
Salde, opp. est Mauritaniæ Cęsariensis. *Ptol.* Vulgò *Argêl.*
Saldensii, pop. sunt Daciæ. *Ptol.*
Saldina, civ. est Armeniæ majoris.
Saleni, pop. sunt propè Cantabriam. *Ptol.*
Salentia, urbs Messapiorum, à qua
Salentinus, a, um. *Ovid.--Salentinumque Neæthum.*
Salentini, pop. sunt Italiæ finitimi Calabris, ita dicti vel quod salo pene ambiuntur, vel à Salentino promontorio. *Fest.*
Salentinorum regio, quæ nunc *Tierra de Bari.*
Salentinus, lacus est Salentinorum juxta Mandurium opp. Hic neque augetur, neque minuitur.
Salernum, opp. est Picentinorum in Italia. *Plin.* lib.3. cap.5.
Salerni, sive Salernitani, pop. ejusdem regionis.
Salganeus, urbs Bœotię Euripo contigua. *Steph.*
Salgas, fluvius, & urbs Salga in Mauritania: gentile Salgæus, aut Salganus. *Steph.*
Sali, pop. sunt Sarmatiæ in Europa. *Ptol.*
Sali, orum, opp. est Cypri ins. *Ptol.*
Salia, fluv. est Hispaniæ ad oram Britannici maris.
Salii, sacerdotes Martis, à Rege Numa instituti.
Salii dicti, quòd circa aras saliunt, & tripudiant. *Steph.*
Salii, pop. sunt Germanię, quorum Regio Franconia dicitur.
Salime, pop. sunt Mauritaniæ Tingitanæ. *Ptol.*
Salina Romæ, ubi porta Trigemina. *Solin.*
Salinæ, arum, urbs Siciliæ juxta Lilybæum, palmis abundans.
Salinum, opp. est in Pannonia inferiori. *Ptol.* Hodie. *Ofén.*
Salionca, civ. est Hisp. *Ptol.* (Vulg. *Buda.*
Salisii, pop. Alpini, Bois Helvetiisque finitimi. *Strab.*
Salisii subsuli, iidem qui Salii. *Cat. epig.* 17.
Saliuncanus portus, Gallię Celticæ oppidum, qua parte Britanniam insulam spectat. *Ptol.* lib. 3. cap. 3.
Sallustius Crispus, rerum Romanorum florentissimus auctor.
Salma, civ. est Arabię Desertæ. *Ptol.* (*Tacit.*
Salmacis, urbs est in Caria: gentile Salmacites. *Steph.*
Salmacis, fons in Caria juxta Halicarnassum. *Strab.* lib. 14.
Salmacidus, a, um, à Salmacide. *Plin.* lib. 3. cap. 3.
Salmæ, civ. duæ sunt in Arabia Fœlici. *Ptol.*
Salmantica, civ. est nobilissima Vettonum in Hispania. *Ptol.* lib. 2. cap. 5. Vulgò *Salamanca.*
Salmone, urbs Pisatidis, & fons ejusdem nominis, à Salmoneo Rege. *Steph.*
Salmone, civ. est in Peloponneso. *Strab.* lib. 6.
Salmoneus, Rex Elidis, quem Jupiter fulmine ad inferos dejecit, quod æneo ponte fabricato, tonitruum similitudinem, tam currus, quàm equorum strepitu reddere conatus est. *Serv.*
Salmonis, dos, filia Salmonei, id est, Tyro. *Propert.*
Salnidesses, sinus Ponti: gentile Salnidessus. *Steph.*
Salodorum, antiquissimum, opp. ad flumen Arulam in Helvetiis. Vulgò *Solodum*, *Soleure.*
Salo, onis, fluv. est Hispaniæ, juxta Bilbilim. *Mart.* Vulg. *Xalon.*
Salomon, nomen Regis Jerusalem, interpretatur *pacificus.*
Salomonius, a, um, ut templum Salomonium, apud *Lactantium.*
Salon, regio Bithyniæ pascendis bobus idonea. *Strab.*
Salonæ, arum, opp. est Dalmatiæ sive Liburniæ. *Ptol.*
Salonius, a, um, à Salonis, vel ad Salonas pertinens, ut Quercus Salonia. *Claud.*
Saloniana, civ. est in Dalmatia. *Ptol.*
Saloninus, Pollionis filius, à captis Salonis sic dictus.
Salsæ, sive Salsulæ, fons est Provinciæ Narbonensis, ubi est arx munitissima, quæ Vulgò *Salsas.*
Salsinii, pop. sunt Libyæ inferioris.
Saltii, pop. sunt in Hispania.
Saltiæ, pop. sunt juxta Pontum Euxinum.
Saltiga, civ. est Bastitanorum in Hisp. *Ptol.*
Saltuares, ins. sunt semper fluctuantes. *Plin.* lib. 2.
Salva, civ. est Pannoniæ inferioris. *Ptol.*
Salubii, pop. sunt Provinciæ Narbonensis.
Saluca, civ. Libyæ inferioris. *Ptol.*
Salvia, urbs est Piceni mediterranea. *Ptol.*
Salvia, opp. est Liburniæ. *Ptol.*
Salus, dea salutis antiquis credita est: undè
Salutaris porta Romæ appellata, ab hujus deæ æde, qui ei proxima fuit. *Terent. in Adelph.*
Salutarienses, pop. sunt Bæticæ in Hisp. *Plin.*
Salyi, pop. sunt Ligurię trans Alpes. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Samamicii, pop. sunt Libyæ interioris, & Africæ proprię. *Ptol.*
Samara, prom. in Oceano Orientali, ubi deficit Caucasus.
Samaria, Regio est Syrię Palæstinæ. *Plin.* lib.4. cap.13.
Samaria, civ. regalis Israel, à qua Regio Samaria.
Samaria, sive Samarias, 1. *Paralip.* 12. 1. *Esdr.* 10. nomen viri.
Samaritanus, & Samarites, vir dicitur ex Samaria. *Hieron.* Addant, si volunt, Samaritidem.
Samaritis, idis, *Ambr.* Hæc Dominus locutus est ad Samaritidem.
Samarobriga, vel Samarobrina, opp. est Galliæ Belgicæ. *Ptol.* Vulgò *Cambray.*
Samarobrini, pop. fuerunt Galliæ inter Belgas. *Cæs.*
Sambicus, latro insignis, qui templum Dianę expilavit in Elide.
Sambos, urbs Arabum: ejus cives Sambi, vel Sambitæ. *Steph.*
Sambroca, fluv. est in Hisp. *Ptol.*
Same, insula est in mari Jonio. *Pomp. & Plin.* lib.4. c. 11.
Samæus, a, um, res ad Samem, sive Samum pertinens.
Sameni, pop. Nomadum Arabiorum. *Steph.*
Samicum, urbs Triphilliæ, gentile Samiceus. *Steph.*
Samis, civ. in Ægypto. *Herod.*
Samnites, pop. sunt Italiæ, qui & Sabelli, inter amnem Vulturnum & Appenninos montes habitantes. Vulgò *Abbruzzo.*
Samnites, Græci vocant Saunites.
Samnites, accolę Samni ubi è Sabinis adventantes consedêre.
Samnitinus, a, um, res ad Samnites pertinens.
Samniticum, opp. est Samnitum. *Flor. de Bello Samnitico.*
Samonium, prom. est Cretæ contra Rhodum. *Pomp.* lib. 2.
Samorna, Ephesus olim dicta, ab una Amazonum. *Steph.*
Samos Jonica ins. in mari Jonio contra Ephesum. Vulg. *Samo.*
Samos Junoni dedicata, in marique Icario sita est.
Samos, prius Parthenia nominabatur. *Varr.*
Samos, ins. propè Itacham, apud Dulichium. *Plin.*
Samius, a, um, quod è Samo ins. est, ut vasa Samia.
Samosata, civ. nobilis ad Euphratem. *Strab.* lib. 14.
Samosaterus, a, um, ad Samosatam pertinens.

Samothracia, ins. est maris Ægæi propè Thraciam. Vulgò *Sammadrachi*.
Samothrax, sive Samothracius, a, um, res illius insulæ.
Samphe, urbs Phœniciæ: gentile Samphæus. *Steph.*
Sampsa, vicus Arabiæ: gentile Sampsenus. *Steph.*
Sampsira, urbs Ægypti: gentile Sampsireotes. *Steph.*
Samunis, civ. est Syriæ Curvæ. *Ptol.*
Samunis, civ. est in Albania. *Ptol.*
Sana, civ. est juxta Athon montem. *Her.* lib. 7.
Sanaca, civ. est Mesopotamiæ. *Ptol.*
Sanagenses, pop. sunt Provinciæ Narbonensis. *Plin.*
Sanais, civ. est Mediæ. *Ptol.*
Sanari, pop. sunt Sarmatiæ Asiaticæ. *Ptol.*
Sanates, pop. sunt propè Romam. *Fest.*
Sanates, pop. sunt qui infrà supraque Romam habitaverunt. *Fest.*
Sanates dicti, quasi post *sanata mente*, quia cum defecissent a Romanis, in gratiam posteà rediêre.
Sanctorum insula, Hybernia. *Jocelinus.*
Sanctorum patria, unum ex Hyberniæ nominibus. *Ocahasa vindic.* 1. cap. 1.
Sanaus, Phrygiæ oppidum, Apolloniæ metropolis. *Strab.*
Sandaca, vicus est Æthiopiæ Ægypti. *Ptol.*
Sandalion, parva regio Pisidię: incola Sandalicus. *Steph.*
Sandaliotis, insula est eadem, quę Sardinia. Græcis Ichnusa. Vulgò *Cerdeña.*
Sandanis, vir fuit quidam Lydus, qui frustrà Craso suadêre conatus est, ne bellum Persis inferret. *Herod.* lib. 2.
Sanga, fluv. est Cantabrôrum in Hisp. citeriori. *Plin.* lib. 4. cap. 20.
Sanga, servi nomen apud *Terentium in Eunucho.*
Sangarius, fluv. est in Ponto & Bithynia. *Ptol*, Vulgò *Zagari.*
Sanina, civ. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Sannaus, vel Sinnaus, lacus est in Phrygia. *Plin.* lib. 2. c. 93.
Sanni, pop. ante Macrones dicti. *Strab.* lib. 10.
Sannigæ, pop. Scythiæ Abasis vicini. *Steph.*
Santoni, vel Santones, pop. sunt Galliæ Aquitaniæ. *Cæsar.* lib. 1. *Saintes.*
Santonicus, a, um, res ad Santones pertinens. *Juven.*
Santonum portus, in Gallia Aquitanica. *Ptol.* Vulg. *Rochela.*
Santum, prom. est in eadem. *Ptol.*
Saorus, ins. Saorum: dicuntur autem Saii, qui Sain Ægypti urbem inhabitant. *Steph.*
Sapæi, pop. sunt Thraciæ ad Nestum fluvium. *Plin.* l. 4. c. 11.
Sapaca, præfectura est in Thracia. *Ptol.*
Sapires, pop. sunt juxta Medos & Colchos. *Steph.*
Sapis, fluv. Galliæ Cisalpinæ Senogalliam subterlabens, juxta quam Isarus fluit. Vulgò *Albis en Marca de Ancona.*
Sapha, civ. est Mesopotamię ad Tigrim. *Ptol.* Vulg. *Susa. Steph.*
Sapharitæ, pop. sunt Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Saphirene, ins. est in Arabico sinu, in qua saphirus gemma.
Sappho, mulier fuit Lesbia, à qua versus Sapphici.
Sapphicus, a, um, à Sappho, ut carmen Sapphicum.
Sapphura, civ. est Galileę in Palæstina. *Ptol.* Meliùs Camphuris.
Sarabris, opp. Hisp. Vulgò *Zamora.*
Saraca, civ. est Mediæ Mediterraneæ. *Ptol.*
Saraca, civ. est Sarmatiæ Asiaticæ. *Ptol.*
Saraca, civ. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Saragina, villa est Marmaricæ in Ægypto. *Ptol.*
Saralapis, civ. est Sardiniæ insulæ. *Ptol.*
Saralus, civ. est Trocmorum in Galatia. *Ptol.*
Sarapionis, statio & prom. est in Æthiopia Ægypti. *Ptol.*
Sarapis, ins. est in sinu Indico: gentile Sarapites. *Steph.*
Sarbanissa, civ. est Ponti Polemoniaci in Cappadocia. *Ptol.*
Sarcarius, fluv. est Phrygiæ. *Herod. in Theogonia.*
Sardanapalus, ultimus Assyriorum Rex. *Just.* lib. 9.
Sardeni, pop. sunt Sarmatiæ Asiaticæ. *Ptol.*
Sardemisus, mons est Phaselidi regioni conterminus.
Sardica, civ. est in Thracia Chersoneso. *Ptol.* Vulg. *Triadiza.*
Sardinia, ins. est in mari Tusco. *Plin.* Vulgò *Cerdeña.*
Sardinia, à Sardo, Herculis filio dicta est. *Strab.*
Sardonicus, a, um, quod ad Sardiniam pertinet.
Sardus, a, um, à Sardinia. *Mart. Sardus habebat ille Tigullius.*
Sardinienses, qui Sardiniam incolunt, ut ibi negotientur.
Sardis, civ. est Lydiæ ad latus Tmoli montis. *Plin.*
Sardianus, a, um, à Sardibus. *Cicer. In Sardianis habere controversiam.*
Sardopatoros, Phanum in Sardinia insula. *Ptol.*
Sardus, filius Herculis, à quo Sardiniam nominatam volunt.
Sarepta, civ. est Sidoniorum in Phœnice. *Plin.* lib. 5. c. 19.
Sareptanus, a, um, res ad Sareptam pertinens.
Sargaccæ, pop. sunt ad Mæotidem. *Pomp.*
Sargapises. Vide Spargapises.
Sargatii, pop. sunt Sarmatiæ in Europa. *Ptol.*
Sargarausena, præfectura est Cappadociæ. *Ptol.*
Sarmalia, civ. est Tectosagum in Galatia. *Ptol.*
Sarmatia Europæ, regio latè patens ad Arctum. *Todo el Reyno de Polonia, Prusia, Rusia, Livonia, Lithuania, y parte de Moscovia.*
Sarmatia Asiæ, regio latè patens ad Arctun. *La grande Tartaria en Asia, hasta el rio Tanais, y la laguna Meotis.*
Sarmatæ, pop. sunt utriusque Sarmatiæ.
Sarmaticus, a, um, Hor. *Sarmaticas ubi perdit aquas.*
Sarmatis idis. Ovid. *Terreat haud manes Sarmatis unda meos.*
Sarmentus, Romanus eques sub Augusto scurrilitate notissimus.
Sarmonia prius dicta, quæ posteà Ephesus. Vulgò *Foglie.*
Sarmonii, Theologi sunt Gallorum. *Diod.* lib. 6.
Sarnaca, opp. est in Theutrania. *Plin.* lib. 5. cap. 20.
Sarnuca, civ. est Mesopotamiæ. *Ptol.*
Sarnus, urbs Illyriæ: gentile Sarnusius. *Steph.*
Sarnus, fluv. est Picentinorum in Italia. *Ptol.* Vulgò *Scaforo.*
Saronia, olim dicebatur Troezem, Peloponnesi urbs. *Steph.*
Saronicus sinus, & portus in Achaja ad Isthmum Corinthiacum. Vulgò *Golfo de Legina.*
Saronicus, authore Plino, dicitur quasi transitus.
Sarpêdon, Jovis filius ex Laodia Bellerophontis filia, Trojanis contra Græcos favit. *Hom.*
Sarpedon, prom. est Ciliciæ. *Pomp.* lib. 1.
Sarpedon, urbs Thraciæ: gentile Sarpedonius. *Steph.*
Sarra, urbs Phœniciæ prius dicta, quæ posteà Tyrus. *Serv.* Vulgò *Puerto de Sur.*
Sarra, vocabatur à quodam pisce, qui illic abundat, & Sar lingua eorum dicitur.
Sarranus, a, um, à Sarra. Virg. *-Sarrano dormiat ostro.*
Sarranæ vestes, Tyriæ dictę sunt, quæ ostrinæ, & purpureæ. Juven. *-- aut pictæ Sarrana ferentem, &c.*
Sarraca, nomen duarum urbium, quarum una in Media, altera in Fœlici est Arabia. *Ptol.*
Sarraceni, pop. Arabiæ Fœlicis post Nabathæos. *Steph.*
Sarrastes, pop. sunt Sarni fluvii accolæ. *Virg.*
Sarsina, opp. est Umbriæ in Italia. *Plin.* lib. 3. cap. 14.
Sarsinates, à Sarsina. *Metumque lactis sarsinatis.*
Sarvona, civ. est Cappadociæ. *Ptol.*
Sarus, fluv. est Ciliciæ. *Ptol.* Vulgò *Saseno.*
Sason, ins. est inter Epirum & Brundusium. *Strab.* l. 6.
Sason, fluv. quoque in Adriaticum influens. Sil. *-- infaustas Sasonis arenas.*
Saspites, pop. sunt confines Armeniæ & Terrę Cassiæ.
Satagutę, pop. sunt in Asia Scythica. *Herod.* lib. 4.
Satala, civ. est Armeniæ minoris. *Ptol.*
Sataphara, civ. est Armeniæ majoris. *Ptol.*
Satarchæ, pop. sunt Septentrionales. *Plin.* & *Sol.*
Sataspes, Persa Teaspis filius, à Xerxe cruci affixus fuit.
Saticuli, pop. sunt Latii, moribus asperi. *Virg. Pariterque Saticulus asper*
Satnioeis, entis, fluv. cujus accola fuit Elatos.
Satrę, arum, pop. Græcorum in littoribus Thraciæ. *Herod.*
Satricum, civ. est Italię: undè *Satrianus. Plin.* lib. 3. cap. 1.
Satricum, quondam Provincia fuit. *Florus, de Bello sub Augusto.*
Saturium, civ. est Italiæ non longè à Tarento.

Saturejanus, a, um, à saturio. *Horat. Me Saturejano vectari*, &c.
Saturio, fuit Decurio cubiculariorum Domitiani. *Mart.*
Saturnalia, orum, festa plena lætitię, Saturno dicata.
Saturnalitius, a, um, quod ad Saturnalia pertinet.
Saturnia, quondam dicebatur, quę nunc Italia. *Joan. Aunio.*
Saturnia, civ. fuit ad radices Capitolii à Saturno dicta, quando in Italiam venit ad Janum. *Fabio Pictor.*
Saturnia porta Romæ, quæ posteà dicta est Pandana.
Saturniani, hæretici à Saturnino quondam nominati.
Saturninus, Episcopus fuit Galliæ, qui parasse insidias Divo Hilario dicitur, ut relegaretur à synodo Biterensi.
Saturnius, Syrię præfectus, anno urbis 749. (tus.
Saturninus, homo seditiosus, qui jussu Senatus est interfec-
Saturninus, mons quondam dicebatur, qui posteà Tarpejus, & deinde Capitolinus. Vulgò *Campidolio.*
Saturnus, Græcè *Chronos*, filius Cœli & Vestæ à Poëtis deus fingitur.
Saturnus dictus, quia se in filiis devorandis saturaverit. *Ovid.*
Saturnus à Satu dictus juxta alios, quòd ruris & satorum omnium primus peritiam edocuisset.
Saturnius, a, um, à Saturno. *Virg.--tellus Saturnia frugum.*
Saturnii, versus, quos olim Faunii, & vates canebant. *Varr.*
Satyri, pop. sunt Indorum. *Plin.* lib. 7. cap. 2.
Satyri, pop. sunt in finibus Libyæ. *Solin.* cap. 40.
Satyri dicti sunt, quod in libidinem semper propensi sint.
Satyricum signum, simulacrum Priapi, quod in hortis apud antiquos ponebatur. *Plin.* lib. 19. cap. 4.
Satyrion, regio prope Tarentum: gentile Satyrinus. *Steph.*
Satyrorum ins. tres sunt contra Indiam extra Gangem, quarum habitatores caudas habere dicuntur.
Satyrus, nomen fluvii in Aquitania. *Lucan.* lib. 1.
Sava, vicus Arabię: incolæ Saveni. *Steph.*
Saubana, civ. est Armeniæ minoris. *Ptol.*
Saverrenus, fluvius Momoniarum in Hybernia.
Savia, civ. est Pelendonum in Hisp. *Ptol.*
Sauna, opp. est in Hip. *Ptol.*
Savo, fluv. est in finibus Campanię. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Saurium, fluv. est Cantabrorum in Hisp. *Pomp.* lib. 3.
Sauromatę, pop. sunt iidem, qui Sarmatæ.
Saurus, nobilis statuarius. *Plin.* lib. 36. cap. 5.
Sayus, fluv. est Pannonię. Vulgò *Sou.* Claud. *Porta Sabi, &c.*
Saxarubra, opp. Hetruriæ. Vulgò *Monte Roso.*
Saxo foratum, vel Saxum ferratum, opp. est in finibus Piceni & Umbriæ. *Vol.*
Saxones, pop. sunt Septentrionales Germaniæ. *Ptol.*
Saxonum ins. quæ Saxoniæ adjacent. *Ptol.*

S ANTE C.

Scabala, regio Heretriensium, gentile Scabalæus. *Steph.*
Scæa, porta Trojæ, in qua sepulcrum Laomedontis. *Virg. Scææque amplector limina portæ.*
Scęa dicta, quia in sinistra urbis parte fuit, vel quod sinistra Trojanis fuit qua receptus est equus.
Scęi, pop. inter Troadem & Thraciam. *Steph.*
Scæva, dictus fuit quidam Romanus, de quo *Suet. in Cæsare.*
Scævola, dictus fuit Q. Mutius, nobilis vir Romanus.
Scęvola, dictus à calore dexteræ manus. *Luc.* lib. 2.
Scalabis, vel Scalabiscus, Colonia est Lusitaniæ ad Tagum. *Ptol.* Vulgò *Truxillo*, aliis *Santarén.*
Scaldis, fluv. Galliæ Belgicæ, *Plin.* lib. 4. cap. 17. Vulg. *Escalde, Rio célebre en Flandes.*
Scalinus, opp. fuit in agro Campano. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Scamander, fluv Troadis regionis ex Ida monte descendens.
Scamander, Hectoris fuit & Andromaches filius.
Scamandria, civ. parva in Troade regione. *Plin.*
Scambena, civ. est in Media. *Ptol.*
Scambonidæ, vicus Atticæ in Leontide tribu. *Steph.*
Scandalion, ins. est propè Lesbon. *Plin.* lib. 5. cap. 31.
Scandalios, ins. est in ora Joniæ. *Plin. ibidem.*
Scandia, navale in Cytheris. *Steph. & Paus.* lib. 3.
Scandilæ, quatuor ins. adjacentes Germaniæ.
Scandillę, ins. in mari Ægæo. *Pomp.* lib. 2.
Scandinavia, ins. credita est ab Antiquis in Oceano Septentrionali; sed satis constat peninsulam esse, & continenti adhærere. *Plin.* lib. 4. cap. 13.
Scapis, ins. est propè Thraciam Chersonesum. *Plin.* lib. 4.
Scaptensula, locus in Macedonia, ubi argentum effodi solebat. *Fest.*
Scaptesile, urbs parva Thraciæ è regione Tharsi. *Steph.*
Scaptia, opp. in Latio quod interiit. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Scarabantia, civ. est Pannoniæ superioris. *Ptol.* Vulgò *Guermetz en Austria.*
Scardona, opp. est in Illyrico, seu Liburnia. Vulgò *Scardo.*
Scardona, ins. est adjacens Liburnię. *Ptol.* Vulgò *Mal-consejo.*
Scardonitensis conventus est in Illyrico. *Plin.* lib. 3.
Scardius, mons est in Illyria. *Ptol.*
Scardus, mons quoque est Mysiæ superioris. *Ptol.*
Scari, urbs Lyciæ: est etiam fons quidam sacer. *Steph.*
Scarisius, fluv. Momoniarum in Hybernia.
Scarpe, opp. est Ætoliæ. *Hom.* 2. *Illiad.*
Scarphe, urbs Eubœæ, Eteoncus prius dicta. *Steph.*
Scarphæ, opp. Laconiensium, qui trans Eubœam incolunt.
Scarphea, urbs Locridis propè Thermopylas. *Steph.*
Scarphìa, ins. es adjacens Helladi. *Plin.* lib. 4. cap. 12.
Scarpitani, pop. sunt Sardiniæ insulæ. *Ptol.*
Scateritius, fluvius Ultoniæ in Hybernia.
Scatinia, lex in eos erat, qui nefando scelere laborabant.
Scaurus, cognomen fuit Romanę familiæ. (perit.
Scaurus nobilis, & pauper, sed eloquentia sibi gloriam pe-
Scaurus, superioris filius, de cujus Ædilitate lege. *Plin.*
Scaurus Aurelius, Legatus, à Cimbris, fuso exercitu captus est. *Liv.* lib. 67.
Scelerata, porta Romæ, quæ & Carmentalis dicitur. (sunt.
Scelerata dicta est, quod per eam 306. Fabii egressi interfecti
Sceleratus campus, ubi virgines Vestales defodiebantur vivæ, si violarent virginitatem.
Sceleratus, vicus Romæ, ubi Tarquinius Superbus Servium Regem interfecit.
Scempsa, urbs Thraciæ: gentile Scempsæus. *Steph.*
Scenæ, urbs Persica insignis: cives Scenitæ. *Steph.*
Scenes, ins. est in Oceano Atlantico distans à Malicos 225 M. passuum.
Scenitæ, pop. sunt Arabiæ Fœlicis. *Plin.* lib. 9. cap. 28.
Scenitæ, pop. sunt Æthiopiæ Ægypti. *Ptol.*
Scenos, fluv. est Thraciæ regionis.
Scepsis, regio est Ælidis. *Plin.* lib. 5. cap. 30.
Scepsius, Metrodorus, è Scepside cognominatus.
Schenos, opp. est Bœotiæ. *Hom.* 2. *Illiad.* (Chamanensis.
Schemanensis, præfectura est in Cappadocia. *Ptol.* Rectiùs
Schera, civ. est Siciliæ insulæ. *Ptol.* Vulgò *Calatames.*
Scheria prius dicta, quæ posteà Corcyra. *Plin.* l. 4. Vulg. *Corfu.*
Schereni, pop. sunt Siciliæ ins. *Plin.* lib. 3.
Schivis, latro insignis, à Theseo dilaniatus.
Schinusa, ins. est una è Sporadibus. *Plin.* lib. 4.
Schœneus, Rex fuit Arcadiæ Abantis filius.
Schœnejus, a, um, ut virgo Schœneja, i. *Atalanta. Ovid.*
Schœneis, idis, Atalanta quoque dicta est. Ovid. *Et tulit Hippomenes Schœneida præmia cursu.*
Schœnus, untis, opp. est Bœotiæ, quod supra Schenos.
Schœnus, flumen Athenis proximum, à juncis dictum. *Steph.*
Schœnus, sinus est in Caria regione. *Plin.* lib. 5. cap. 28.
Schœnus, untis, portus est ad sinum Saronicum.
Scia, opp. Eubœæ: gentile Scibes. *Steph.*
Scias, regio Arcadiæ: gentile Sciates. *Steph.*
Schiatos, ins. in Ægæo: gentile Sciatus. *Steph.* Vulgò *Sciato.*
Scidiros, opp. Sybaritarum. *Herod.* lib. 5.
Scinistos, ins. est adjacens Macedoniæ.
Scilius, urbs Triphyliæ. Hinc Scilisius. *Steph.*
Scioessa, locus Achajæ novem montium. *Plin.* lib. 4. cap. 5.
Scione, opp. est Macedoniæ. *Pomp.* lib. 2. cap. 3.
Sciopodes, sive Sciapodes, populi Indiæ Troglodytis proximi, quasi *umbripedes* qui in æstu majori humi jacentes ac supini, umbra se pedum protegunt. *Plin.*

Sci-

Scipio Cornelius, à quo Scipionum gens Patritia, initium habuit, ita dictus quod patrem luminibus carentem pro baculo regebat, quem Grammatici Scipionem nominant.
Scipio Africanus, qui Cartaginem tributariam Romanis fecit.
Scipio Æmylianus, qui & Africanus minor, Numantiam evertit, & Carthaginem penitùs sustulit. *Liv.*
Scipio Nasica, Scipionis, qui in Hisp. cecidit, filius.
Scipio alius, qui Suario, propter similitudinem Suarii cujusdam negotiatoris, cognominatus fuit.
Scipio, Pompeii Magni socer, à Cæsarianis cum exercitu victus occubuit.
Scipiadæ, patronymicum pro Scipionibus. *Virg.*
Scira, civ. est in Attica regione. *Strab.* lib. 9.
Sciri, pop. Galatiæ: gentile Sciricus. *Steph.*
Sciritis, Decapolis Syriæ: qui inhabitant Sciritæ. *Steph.*
Sciron, latro fuit insignis, cujus ossa cum in mari cecidissent, in scopulos conversa feruntur.
Scironia saxa, scopuli, qui ab Athenis distant sex millibus passuum.
Scirphthæ, urbs Thraciç propè Potideam. *Steph.*
Scirtati, seu Scirtores, pop. sunt Dalmatiæ. *Plin.*
Scissum, opp. est Hispaniç. *Liv.* Scissum propinquum castris.
Scithiacha, regio est in Ægypto. *Ptol.*
Scius, fluv. est Pæonibus à Rhodope defluens. *Her.*
Scodra, opp. est Romanorum civium in Liburnia. *Plin.* Vulg. *Scutari*, sub Venetorum dominio.
Scollis, mons est in Peloponneso. *Strab.* lib. 8.
Scolus pagus est Bœotiæ injucundam habens sedem.
Scombraria, promont. est in Hispania Tarraconensi. *Ptol.*
Scombroaria, ins. maris nostri propè Carthaginem, alio nomine *Herculis insula.* Vulgò *Escombrera.*
Scopa, villa est Libycç præfecturæ in Ægypto. *Ptol.*
Scopç, ins. sunt in Mœotide lacu.
Scopas, statuarius eminentissimus, qui Mausolçum cælavit. *Plin.* lib. 35. cap. 6.
Scopelos, ins. est adjacens Macedoniæ. *Ptol.* Vulgò *Scopulo.*
Scopelos, ins. est adjacens Epiro. *Ptol.* Vulgò *Santa Maura.*
Scopelos, civ. est Sarmatiæ Asiaticæ. *Ptol.*
Scopuli Cyclopum, tres in Sicilia. *Plin.* lib. 3. cap. 8.
Scordisci, pop. sunt Pannoniç superioris. *Ptol.*
Scordiscus, mons est Cappadociæ. *Ptol.*
Scoti, pop. sunt Britanniæ, qui Caledonii.
Scotia antiqua, Major sive Ulterior, unum ex Hyberniç nominibus. *Ocabasa vindic.* 1. cap. 1.
Scotina, locus in Lacedæmone plenus quercubus. *Paus.*
Scotussa, civ. est Macedoniæ. *Ptol.*
Scotussæ, loca sunt in Macedonia & Thessalia.
Scotussæi, pop. sunt Macedoniæ.
Scribonius, Aphrodisæus, Orbilii servus ac discipulus, à Scribonia Libonis filia manumissus. *Sueton.*
Scrinia, opp. Mediæ in Hybernia.
Scropha Tremellius, dictus est Varronis avus, ut ipse scribit lib. 2. *de Re Rust.* cap. 4. (*Panara.*
Scultenna, fluv. est in Padum defluens. *Plin.* l. 3. c. 16. Vulgò
Scultinni, pop. sunt Liburnorum in Illyrico. *Plin.* lib. 3.
Scura, fluv. est Asturum in Hisp. *Flor. de Bello sub Aug.*
Scurgum, opp. est in Germania magna. *Ptol.*
Scyathos, ins. est cum opp. propè Thraciam. Vulgò *Sciato.*
Scydra, civ. est Emathiæ in Macedonia. *Ptol.*
Scylace, urbs est juxta Cyzicum. *Pomp.* lib. 1.
Scylax, Cariandeus, musicus & Mathematicus. *Suid.*
Scyllacæum, oppid. est Italiæ in ora magnæ Græciæ ab Atheniensibus conditum. Vulgò *Cabo de Squillaci en Calabria.*
Scyllaceus sinus, an scylaticus, cognominatus est à Scyllaceo. Vulgò *Golfo de Squillaci en Calabria.*
Scylla, ins. est propè Thraciam Chersonesum. *Plin.*
Scylla, Phorci filia, versa fertur in saxum, periculosum mare faciens nautis.
Scylla alia, Nisi Megarensium Regis filia, in Cirim avem versa.
Scyllæus, a, um, à Scylla, ut Monstra Scyllæa. *Stat.*
Scyllæum, promont. est in Peloponneso. *Strab.* lib. 8. Vulgò *Cabo Sciuli.*
Scylleum, promont. est Brutiorum in Italia. *Pomp.* Vulg. *Garofilo en Calabria.*
Scyllias, vir quidam Sicyonæus, optimus urinator. *Her.*
Scyllus, untis, opp. Achajæ, quo Xenophon, donatus est à Lacedæmoniis. *Strab.*
Scyllurus, viri proprium, qui relictis 80. filiis, hastilium fascem à singulo confringi jubebat. *Plut.*
Scymnitæ, pop. sunt Sarmatiæ Asiaticæ. *Ptol.*
Scyria, pop. sunt Septentrionales ad Boristhenem.
Scyritæ, gens Indiæ, quç narium loco foramina tantum habet. *Plin.* lib. 7. cap. 2.
Scyrmiada, pop. sunt Thraciæ. *Herod.* lib. 4.
Scyros, insula una è Cycladibus, ubi regnavit Lycomedes, Vulgò *Scyro.*
Scyrias, adis, à Scyro. Ovid. *Scyrias Æmonio victa puella viro.*
Scyreticus, a, um, à Scyro ins. *Plin.* in Scyretico metallo.
Scyrius, a, um. Ovid. *Ignara tetigi Scyria membra manu.*
Scytha, Herculis filius, à quo Scythiam dictam putant.
Scythes, Jovis filius, qui primus arcus & sagittarum usum reperisse dicitur. *Plin.* lib. 7. cap. 56.
Scythia, regio est in Europa, & altera in Asia.
Scythæ, pop. sunt Septentrionales, utriusque Scythiæ.
Scythicus, a, um, à Scythia. Luc. *-Scythicus non alligat Ister.*
Scythis, idis. Ovid. *Exercere artes Scythides memorantur eosdem.*
Scythius, a, um. Virg. *At non qua Scythiæ gentes Mæoticaque unda.*
Scythes, æ, qui ex Scythia est, ut Anacharsis Scythes. *Cic.*
Scythias, olim dicta est Delos ins. *Steph.* Vulgò *Sdiles.*
Scython, quidam fuit, qui modò in fœminam, modò in virum pro arbitrio commutabatur. *Ovid.*
Scythopolis, civ. est Decapoleos regionis. *Plin.*
Scythotauri, pop. Scythiæ juga Tauri incolentes, qui pro hostiis advenas cædere consueverunt. *Solin.*

S ANTE E.

Sebala, civ. est in Hispania.
Sebardç, opp. sunt Æthiopiæ Ægypti. *Ptol.*
Sebasta, civ. est Pisidiæ in Cilicia. *Ptol.*
Sebaste, opp. est Palçstinæ, quod priùs Samaria dictum, posteà Augusti nomini & numini dedicatum. *Steph.*
Sebaste, civitas etiam est in Armenia, S. Blasii patria. *Steph.*
Sebastia, civ. est Ponti Polemoniaci in Cappadocia.
Sebasteni, sive Sebastiani, pop. sunt illarum civitatum.
Sebastopolis, civ. est Ponti Cappadocum. Vulgò *Sabasti.*
Sebastopolis altera, civ. est Æolidis regionis. *Plin.*
Sebeda, portus est Lyciæ. *Plin. & Alexand.*
Sebennyticum ostium, unum est septem Nili. *Ptol.*
Sebennytes nomos, prçfectura est in Ægypto. *Ptol.*
Sebennytus, civ. est Metropolis in Ægypto. *Ptol.*
Sebethos, fons est apud Neapolim, cujus aqua vicatim decurrens, amnis ferè usum Neapolitanis præstat. *Stat.*
Sebethis, idis, à Sebetha. Virg. *-quem genuisse Telon Sebethide Nympha.*
Sebinus, lacus quem facit fluv. Lollius apud Samicum. *Plin.* lib. 3. cap. 19. Vulgò *Lago de Isco.*
Sebus, civ. est Judçç ab Occasu Jordanis. *Ptol.* Melius Esbus.
Sebusium, opp. est in Cotiis Alpibus. Vulgò *Susa.*
Secela, urbs Palæstinæ: gentile Seceli. *Steph.*
Secienses, pop. sunt Provinciæ Narbonensis. *Plin.*
Secundani, pop. sunt Provinciæ Narbonensis. *Plin.*
Secundinus, Hybernus, vir sanctitate conspicuus, hymnum composuit in laudem S. Patritii. *Osullevanus.*
Secundus, sophista Atheniensis, quem aliqui Epithyrum vocant, quòd Architecti filius fuerit. *Philost.*
Secundus alter, Tridentinus, vir sanctus, Agiulphi Regis Longobardorum tempore.
Secuntia, aut Segontia, civ. est in Hispan. *Ptol.*
Secusses, pop. sunt incolæ Alpium. *Plin.* lib. 3. cap. 20.
Secussi, pop. sunt Galliæ Lugdunensis. *Ptol.*
Sedetani, pop. sunt Hisp. citerioris.

Sedibomates, pop. sunt Galliæ Aquitanicæ. *Plin.* lib. 4.
Sedigitus Volcatius, illustris Poëta, sic à sex digitis dictus. *Plin.* lib. 11. cap. 43.
Sedulius, Hybernensis, venerabilis dictus à Gelasio Papa. Vide *Cælius Sedulius.*
Sedunessos, civ. est Hisp.
Seduni, pop. sunt Alpium incolæ. *Plin.* lib. 3. cap. 20.
Sedulii, pop. sunt Galliæ Belgicæ. *Cæsar* lib. 1.
Segalavini, pop. sunt Provinciæ Narbonensis. *Ptol.*
Segeda, quæ Julia restituta, opp. est Bæticæ. *Plin.*
Segeda Augurina, opp. est in eadem Bœtica. *Plin.* lib. 3.
Segeda Areudeorum, opp. est Hisp. citerioris.
Segesta, opp. est Siciliæ ab Ænea conditum. *Cicer.*
Segestani, pop. sunt Siciliæ à Segesta. *Ptol.*
Segesta, opp. est Liguriæ mediterraneum. *Plin.* lib. 3. c. 11. Vulgò *Sigestro.*
Segesta, opp. est Carnorum in Veneta regione. *Plin. ibidem.*
Segestensis, à Segestis, de quo sæpè *Cic. in Verr.*
Segestanus, a, um, à Segesta. *Cic. Segestana Diana.*
Segestica, civ. est ad Alpes. *Strab.* lib. 4.
Segetia, dea quam prisci colebant, ut lætas faceret segetes.
Segisa, opp. est in Hisp. *Ptol.*
Segisenses, pop. sunt Hisp. à Segisa.
Segisama Julia, civ. est Hisp. *Ptol.* Vulgò *Tordesillas.*
Segisamonenses, pop. sunt Hisp. conventus Cluniensis.
Segisamunculum, opp. est Autrigonum in Hisp. *Ptol.*
Segius, mons est Provinciæ Narbonensis.
Segni, pop. sunt Galliç inter Eburones. Vulgò *Lós de Sygney, junto á Namur.*
Segobriga, civ. est Celtiberorum in Hisp. *Ptol.* Vulg. *Segorbe.*
Segobrigenses, pop. sunt Hisp. conventus Carthaginensis.
Segodunum, civ. est in Germania. *Ptol.* Vulgò *Noremberga.*
Segodunum, opp. est Rutenorum in Aquitania. *Ptol.*
Segontia Paramica, civ. est in Hisp. *Ptol.*
Segontienses, sive Segontini, pop. à Segontia.
Segor, fuit quinta civitas post Sodomam & Seboim, quæ ad preces Loth servata est.
Segortia lacta, opp. est Arevacorum in Hisp. *Ptol.* Vulg. *Segovia.*
Segovellani, pop. Galliæ Narbonensis, qui suprà *Segalauni.*
Segovia, civ. est Arevacorum in Hisp. *Ptol.*
Segucalum, opp. est in Germania. *Ptol.*
Segusia, urbs est in Graiis Alpibus. *Ptol.* lib. 3.
Segusia, civ. est Germaniæ. *Ptol.*
Segusio, onis, opp. est in Traspadana regione. Vulgò *Susa.*
Seguria, opp. est in Alpibus Cottiis.
Sejanus, viri proprium, de quo multa *Suet. in Tiberio.*
Seir, mons in terra Edon, ubi habitavit Esau.
Sejus, viri nomen, à quo Sejanus equus. *Cæs.* lib. 3. cap. 9.
Sejanus equus, proverbium, de hominibus calamitosæ sortis dici solitum. *Erasm.*
Sella, fluv. est Messeniæ in Peloponneso. *Ptol.*
Sela, civ. est in Susiana regione. *Ptol.*
Selacusa, ins. est in sinu Argolico. *Plin.* lib. 4. cap. 12.
Selambina, opp. est in Hisp. *Ptol.* Vulgò *Salobreña.*
Selatiti, pop. sunt in Mauritania. *Plin.*
Selbo, lacus est, quem epinior dici *Siruo*, ex *Ptol. Strab. Plin.*
Selene, à Strabone dicitur urbs quam Latini Lunam, & lingua Persica Cariaram vocant. Vulgò *Luni.*
Selensis, civ. est in Hispania.
Selenus, fluv. est Ciliciæ in finibus Calendarum. *Luc.*
Seleoborca, civ. est Armeniæ minoris. *Ptol.*
Seleucia, civ. est Syriæ Antiochenæ, quam Orontos fluv. allabitur, à Seleuco Nicanore condita. Vulgò *Solda. Joseph.* 18. *Antiquit. Jud.* cap. 10. & *Hegesip.* lib. 4. cap. 1. quam *Paul.* peragravit. *Actor.* 13. & 1. *Mach.* 11.
Seleucia, Pieria à Pyrrho monte cognominata.
Seleucia, urbs Ciliciæ, Traciotis cognominata, à Seleuco Nicanore, vel Nicanore condita. *Strab.*
Seleucia, civ. est Phrygiæ in Pamphylia. *Ptol.*
Seleucia aspera, civ. est Mediterranea Ciliciæ. *Ptol.*
Seleucia, civ. est Cariæ. *Plin.* lib. 5. cap. 29.
Seleucia, civ. est Parthorum juxta Tigrim. *Plin.* lib. 5.
Seleucia, quæ priùs fuit Alexandria. *Flor.*
Seleucobelus, urbs juxta Belum, gentile Seleucobelites, vel Seleuceus. *Steph.*
Seleucus, unus fuit ex Principib. Alex. *Appian.*
Selga, civ. est Pisidiæ in Pamphylia. *Ptol.*
Selgia, civ. est Armeniæ majoris. *Ptol.*
Selia, civ. est Hisp. in Lusitania. *Ptol.*
Selingæ, pop. sunt Germaniæ. *Ptol.*
Selini, pop. sunt Hisp. *Ptol.*
Selinis, aut Selinus, untis, opp. Siciliç palmis abundans juxta Lilybæum. Virg.—*palmosa Selinis.* (*Steph.*
Selinus, filius Neptuni, filiam habuit Helice, quæ nupsit Jovi.
Selinus, fluv. est in Sicilia. *Ptol.* Vulgò *Salemi.*
Selinus, civ. est Leontidis regionis in Cilicia. *Ptol.*
Selinus, portus est Libyæ præfecturæ in Ægypto. *Ptol.*
Selinusius, a, um, ut Terra Selinusia. *Galen.*
Selinutii, pop. sunt in eâdem Sicilia. *Plin.* l. 3. (linutium.
Selinutius, a, um. *Plin.* Ex omni genere gravi prçtulerunt se-
Selinus, duo cognomina fluvii in Asia, imò lacus.
Selinus, fluv. qui per Ægiorum agrum labitur. *Strab.*
Selinus, fluv. est, qui Dianæ Ephesiæ templum præterfluit.
Selinus, alter fluv. in Magarensium tractu. *Strab.*
Selinusius, lacus est in Lydia regione Asiæ. *Strab.*
Selium, civ. est Hisp. in Lusitania. *Ptol.*
Sellæ, opp. est Epiri: incolæ Sellani. *Luc.* lib. 3.
Sellani, pop. sunt in Epiri regione. *Plin.* lib. 3.
Sellasia, urbs Laconiæ: gentile Sellasius. *Steph.*
Selletæ, pop. sunt in Thracia. *Plin.* lib. 4. cap. 11.
Selymbria, civ. est Thraciç ad Propontida. *Plin.* Vulg. *Silibrea.*
Semachide, vicus Atticæ in Antiochide tribu, à Semacho dicta: incola Semachides. *Steph.*
Semana, sylva est in Germania magna. *Ptol.* Vulgò *Selva de Turingia*, quæ & Bacenis.
Semele, filia Cadmi Thebarum Regis, Bacchi mater.
Semeleïus, a, um, à Semele. *Ovid. proles Semeleïa capto, &c.*
Semelitani, pop. sunt Siciliæ ins. *Plin.* lib. 3.
Semema, opp. est in Lyciæ regione.
Semina, civ. est Parthiæ. *Ptol.*
Semiramis, Assyriorum Regina fuit, Nini Regis uxor.
Semiramius, a, um. Claud. *Nostra Semiramiæ timeant insignia* (*turres.*
Semizus, civ. est Armeniæ minoris. *Ptol.*
Semnones Suevi, pop. sunt Germaniæ magnæ. *Ptol.*
Semonites, regio est in Bithynia.
Semphe, urbs Arabiæ juxta Euphratem: gentile Semphæus & Semphenus. *Steph.*
Sempronius, Gracchus, Senator fuit Romanus, Tiberii pater.
Sempronii plures fuerunt, quorum seriem lege apud *Volat.*
Semphi, pop. sunt Sarmatiæ Asiaticæ. *Ptol.*
Sena, ins. in mari Britannico. *Pomp.* lib. 3.
Sena, æ, civ. est Tusciæ mediterranea. Vulg. *Siena.*
Senensis, e, res ad Senam pertinens.
Senaculum, locus Romæ, ubi Senatores consultandi gratia consistebant.
Sena, fluv. quoque est. *Luc. Senaque Rhodiacas, &c.*
Senaria, civ. est eadem, quæ Caprearum.
Seneca, Cordubensis, Romam veniens, declamator egregius, & Philosophus insignis evasit.
Seneca, venis solutis, sub Nerone mortuus est.
Senecio, vir in Bætica natus, & ibi quçstor. *Tacit.*
Senegalia, civ. est eadem Catoni, quæ Senogallia.
Senegoriaci, pop. sunt Britanniæ.
Senetia, locus est Dalmatiç, sive Illyrici. *Ptol.*
Senaar, campus Babylonis, in quo turris extructa est.
Senares, pop. sunt Galliæ Aquitanicæ. *Plin.*
Senogallia, civ. est maritima in ora Umbriæ, dicta à Senonibus Gallis, qui eam condiderunt.
Senones, pop. sunt Galliç Lugdunensis. *Plin.* lib. 4.
Senones, pop. quoque sunt Italiæ. *Plin.* lib. 3. cap. 14.
Senta, Fauna, filia fuit Pici Regis, & Fauni fratris sui uxor.
Senta, specus in Dalmatia ventum generans. *Plin.* lib. 2.

Sentica, civ. est Vaccæorum in Hisp. *Ptol.* Vulgò *Simancas.*
Sentii, pop. sunt Galliæ Narbonensis.
Sentinas, opp. est Hetruriæ. *Cat. de Originibus.* Vulgò *Sento.*
Sentinum, opp. Italiæ in finibus Umbriæ & Piceni, à quo Sentinates pop. dicti, quorum meminit *Plin.* lib. 3. cap. 14.
Sentites, pop. sunt præfecturæ Marmaricæ in Ægypto.
Senus, urbs Ægypti: civis Senicus. *Steph.*
Sepia, scopulus diversis locis juxta littora Atheniensium.
Sepias, adis, prom. est Pelasgiotarum in Macedonia. *Ptol.* Vulgò *Cabo Monaster.*
Sepius, civ. quæ nunc Sipontum dicitur. Vulgò *Siponto.*
Seplasia, forum Capuæ, in quo unguentarii negotiabantur.
Seplasiarius, pro unguentario & effœminato. (*Valer.*
Septa, civ. est Africæ Mauritaniæ.
Septem fratres, mons est in Mauritania Tingitana. *Ptol.*
Septempeda, civ. est Picenorum Mediterranea. *Ptol.*
Septentriones, septem stellæ, ex quibus quasi juncti Triones figurantur. *Varr.*
Septentrionalis ventus, Græcè Aparctias.
Septimius, vir Rom. cujus amores describit *Cicero.*
Septumani, pop. sunt Provinciæ Narbonensis. *Plin.*
Sequana, fluv. est Galliæ Belgicæ. Vulgò *Seine. Plin.*
Sequani, vel Sequanici, pop. sunt ejusdem Galliæ. Vulgò *Los de Besanzon en Borgoña.*
Seraceni, pop. sunt Sarmatiæ Asiaticæ. *Ptol.*
Seranus, cognomen nobilis Romani, sic à serendo dicti.
Seraphin, mascul, & neut. gen. pro choro Angelorum.
Serapion, orator Alexandrinus, Ælianus cognominatus.
Serapion, pictor, cognominatus Rhyparographus. *Plin.*
Serapion, Præsul Antiochenus sub Commodo Principe.
Serapion alius, cognominatus Scholasticus, scripsit contra Manichæos volumen egregium. *Hieronym.*
Serapis, dis, serpens pro deo cultus apud Ægyptios.
Serapis, deus, qui apud Græcos Pluto dicitur. *Cicer.*
Serastera, civ. est minoris Armeniæ. *Ptol.*
Serbetis, fluv. est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Serbinum, opp. est Pannoniæ inferioris. *Ptol.*
Serbonis, palus est juxta quam est mons Cassius. *Herod.*
Serena, uxor fuit Stiliconis, ex Hispania oriunda. *Claud.*
Seres, pop. sunt Indorum Orientales inter Tabim & Taurum montem, ab eo quod est Ser, Seris.
Seres, à quibus nobilis illa lana, ex qua fit Sericum, advehi dicitur. *Ammian. Marcelin.* lib. 23.
Sericus, a, um, adject. ab eo quod Ser, eris.
Serica etiam est gens Parthis vicina, sagittandi arte famosa.
Sergentum, opp. est in Sicilia. *Ptol.*
Sergestus, Æneæ nauta, apud *Virg.* lib. 1. *Æneid.*
Sergia, Romana tribus, legitur apud *Alexand.* lib. 1. Genial.
Sergius, Pontifex Romanus, anno 687.
Sergius II. Pontifex Romanus, anno 844.
Sergius III. Pontifex Romanus, anno 904.
Sergius IV. Pontifex Romanus, anno 1009.
Serguntia, civ. est Celtiberorum in Hispania.
Seria, civ. est Turdetanorum in Hisp. *Ptol.*
Seriphus, ins. parva una è Cycladibus. *Plin.* Vulgò *Serfone.*
Seriphum, notiorem fecerunt ranæ, quæ illic non coaxant: undè Seriphia rana, adagium in mutos, ac taciturnos. *Erasm.*
Seriphum in ins. nocentes relegebantur, ut in Gyarum.
Serius, fluv. Cisalpinæ Galliæ in Adduam fluens.
Sermitium, civ. est in Corsica ins. *Ptol.*
Sermuta, civ. est Ponti Galatici in Cappadocia. *Ptol.*
Sermyla, aut Sermylia, civ. in Macedonia. *Herod.* lib. 7.
Seropolis, villa est Pisidiæ in Cilicia. *Ptol.*
Synangus, urbs Phœnicum: gentile Synangius. *Steph.*
Synesius, Philosophus Christianus è Pentapoli Africæ, præsul Ptolemaidis, scripsit libros de quibus *Suid.*
Synnada, opp. est Phrygiæ magnæ. *Ptol.*
Synnada, civ. est Lycaoniæ.
Synnadicus conventus, ab eadem Synnada dictus.
Syphax, acis, Rex fuit Numidię, qui victus à Scipione ductus est in triumphum, spiravitque in carcere. (*Sicilia.*
Syracusæ, arum, civ. est clarissima Siciliæ. Vulg. *Zaragoza de*
Syracusii, sive Syracusani, po. sunt inde dicti.
Syracusius, a, um, Græcè dicitur: Latinè Syracusanus.
Syracusani, fuere Theocritus, & Dionysius Syracusanus.
Syrbanæ, ins. in Euphrate: gentile Syrbanus. *Steph.*
Syrbotæ. *Plin.* lib. 7. dicuntur qui *Ptol.* Syrbites.
Syrgus, fluv. est in Mæotidem paludem defluens. *Her.* lib. 4.
Syria, & Sobal, in titulo. *Psalmi* 59. ea est, quę Palæstina di-
Syria, regio est latissimè patens in Asia. (citur.
Syria Cœles, id est, *curva*, non ut Galeni interpres vertit, Syria *profunda.*
Syriacus, a, um *Suet.* Exercitus Judaicus, & Syriacus.
Syrius, a, um, sive Syrus, a, um, quod est ex Syria.
Syriaticus, a, um. *Liv.* Adversus eandem Syriaticam classem.
Syrissa, æ, mulier è Syria, sicut à Libys Libyssa. Virgil. *Copa Syrissa caput Graja redimita mitella.*
Syricus, a, um, à Syro ins. ut Syrica mala. *Colum.* lib. 5. c. 10.
Syri, à Græcis Cappadoces dicuntur. *Herod.* lib. 1.
Syrianus, Alexandrinus, Philosophus Platonicus, Athenis docuit: hujus discipulus & successor fuit Proclus. *Suid.*
Syricius, Pontifex Romanus, anno 385.
Syrictæ, gentes sunt inter Nomadas Indos. *Plin.* lib. 7. c. 2.
Syrini, pop. sunt Lucaniæ in Italia. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Syrinx, Nympha Arcadiæ, quam Pan rusticorum deus adamavit, mutata in palustres calamos.
Syricus, ins. est Joniæ, Asiæ opposita.
Syrita, filia fuit Sylvaldi Danorum Regis, memorandæ pudicitiæ. *Saxo* lib. 7.
Syrius, stella est in ore Canis posita, quæ annis singulis oritur circa octavum Kalendas Julii.
Syrmæum, campus inter Nomadas & Nabathæos. *Steph.*
Syrmatæ, idem qui Sauromatæ. *Steph.*
Syrnus, ins. est una è Cycladibus in Ægeo. *Plin.* lib. 4.
Syrocilites, pop. mixti ex Syris & Cilicibus.
Syromedi, pop. sunt mixti ex Syria & Media.
Syrophœnix, qui habitat in ora maritima Syriæ juxta Euphratem, cujus pars Idumæa, & Judæa.
Syros, ins. est una è Cycladibus. Vulgò *Sira.* (opinor.
Syritanus, Damasus quidam dicitur Hieronymo à Syro insula
Syrsigabis, Darii mater, quæ audita morte Alexandri sese perpetuæ nocti dedit. *Quint. Curt.*
Syrtes, loca circa finem Africæ versus Ægyptum periculosissima propter aquas reciprocas.
Syrtes, quæ sunt in finibus Africæ, major, & minor. Vulgò *Bajos de Berberia.*
Syrticus, a, um. Sil. *Syrticus excelso decurrens robora monte.*
Syrticæ, pop. sunt Africæ propriæ. *Ptol.* (thino.
Syrtium descriptionem, vide apud *Sallustium* in bello Jugur-
Syrus, ins. Ioniæ cum urbe ejusdem nominis, unde Pherecides Syrus ortum habuit.
Syrus, a, um, à Syro dicitur insula, sive urbe.
Sysia, castellum est penes Segesticam viam, quæ in Italiam ducit ex Danubii finibus. *Strab.* lib. 7.
Sysidas, civ. est Ciliciæ Thraciæ finitima.
Sytius, insula est Cretæ. *Strab.*

DE LITTERA T.

TAbæ, arum, opp. est Cariæ. *Plin.* lib. 5. cap. 27.
Tabæ, urbs Lydiæ, de qua oraculum Pisidia datum, dicta à Tabo heroë.

Ta-

Tabali, pop. sunt Galliæ Aquitanicæ. *Ptol.*
Tabana, opp. est in Taurica Chersoneso. *Ptol.*
Tabeni, pop. juxta desertum Carmaniæ habitantes. *Steph.*
Tabareni, pop. sunt juxta Calybes. *Pomp.* lib. 1. cap. 21.
Tabernæ, locus juxta Romam.
Tabiena, ins. est adjacens Persidi regioni. *Ptol.*
Tabidium, opp. est Africæ interioris. *Plin.* lib. 5. cap. 5.
Tabiana, regio est in Parthia. *Ptol.*
Tabieni, pop. sunt Æthiopiæ Ægypti. *Ptol.*
Tabii, urbs Italiæ, in qua Remus institutus est. *Steph.*
Tabilaca, civ. est in Armenia.
Tabis, mare Septentrionale. *Solin.* cap. 5.
Tabis, mons Scythiæ prope Serum regionem. *Plin.* lib. 6. c. 17.
Tabor, mons est in medio Galilææ, rotundus ac sublimis.
Tabraca, opp. est Africæ propriè dictæ. *Silius* Sabatram nominat l. 3. Alii Tabrata, quod minimè mirum est. Barbara enim vocabula & inepta sunt, nec semper eodem sono utraque lingua efferri consueverunt, ut *Hermolaus* scribit.
Tabuda, fluv. est in Morinorum ora. *Ptol.* Alio nomine Scaldis. Vulgò *Scalde.*
Taburnus, mons est Campaniæ. *Virg.* 2. *Georg.--Ingentem vestire Taburnum.* Vulgò *Monte Taburo, en tierra de Labor.*
Tacasim, civ. est tribu Zabulon. *Jos.* 19.
Tacfarina, Numidarum Rex, victus à Decio ad Pagydam. (*Tacit.* l. 3.
Tacape, es, sive Tacapa, æ, opp. est Africæ propriæ. *Ptol.*
Tacaphotes, villa est Marmaricæ in Ægypto. *Ptol.*
Tacatua, opp. est in ora Numidiæ. *Ptol.*
Tachasara, civ. est Mediæ. *Ptol.*
Tachelotis, Ægyptiorum Rex, regnavit annis 12.
Tachenso, ins. quædam Nili. *Herod.* lib. 2.
Tachorsa, vicus est præfecturæ Libycæ in Ægypto. *Ptol.*
Tacitus Cornelius, orator & historicus clarissimus sub Adriano Principe, familiaris Plinii Junioris.
Tacola, Indiæ emporium extra Gangem. Vulgò *Malacha.*
Tactus, Rex Ægyptiorum fuit. *Athenæus*, lib. 14.
Tacubis, civ. est Hisp. in Lusitania. *Ptol.*
Taddæus, vel potius Thaddæus, nomen est viri proprium.
Tader, fluv. est Hisp. citerioris. *Plin.* lib. 3. cap. 3.
Tadiates, pop. fuerunt Æquiculorum in Italia. *Plin.*
Tænarus, & Tęnara, orum, promont. est Laconiæ regionis. *Plin.* Vulgò *Cabo Matapan, ó de Marni.*
Tænarus, locus umbrosus in radice Malchæ promontorii Laconiæ, in quo fauces erant ad inferos deducentes.
Tænarius, a, um, à Tænaro, ut Tænariæ columnę. *Propert.*
Tænaris, idis. Ovid. *Excepit portu Tænaris ora suo.*
Tæniolonga, civ. est Mauritaniæ Tingitanicæ. *Ptol.*
Tænon, fuit urbs in Laconia. *Herm. in Plin.* lib. 9.
Tæpa, civ. est Persidis regionis. *Ptol.*
Tagama, civ. Libyæ interioris. *Ptol.*
Tagasta, sive Tagesta opp. est Africæ propriè dictæ, Divi Aurelii Augustini patria. *Plin.* lib. 5. cap. 4.
Tagastenus Alipius Concilio Carthaginensi interfuit.
Tagastensis, e, à Tagasta superiori.
Tages, haruspicinæ inventor fuit. *Cic.* lib. *de Divin.*
Tagri, pop. sunt Sarmatiæ in Europa. *Ptol.*
Tagrus, mons Lusitaniæ, apud quem quædam equæ dicuntur è vento concipere.
Tagus, fluv. est Hisp. juxta Toletum præterfluens, aureis arenis celebratur. *Plin.* lib. 3. cap. 3. Vulgò *Tajo.*
Tani, pop. à Saracenis ad Meridiem vergentes. *Steph.*
Taizalum, promont. est in Britannia. *Ptol.*
Tala, mons est Libyæ interioris. *Ptol.*
Talabrica, opp. est Hisp. *Ptol.* Vulgò *Talavera.*
Talæmeneus, viri proprium qui Trojanis auxilia misit.
Talamina, civ. est servorum in Hisp. *Ptol.*
Talaon, filius fuit Jasii, qui apud Argos regnavit. *Boccat.*
Talarenses, pop. sunt Siciliæ insulæ *Plin.* lib. 3.
Talaria, urbs Syracusiorum; gentile Talarius.
Talasio, virginitatis deus apud Romanos existimatus. *Steph.*
Talasio, civ. est in Peloponneso. *Strab.*
Talaus, fluv. in Italia. *Strab.* lib. 6. Vulgò *Cocco en Basilicata.*
Talbonda, civ. Pisidiæ in Pamphylia. *Ptol.*
Talcinum, opp. est in Corsica insula. *Ptol.*
Talga, ins. est in Caspio mari sine cultu fertilis. *Pomp.*
Talthybius, pręco Agamemnonis in Græcorum exercitu. *Hom.* (*Iliad.* 1.
Talubath, civ. est Libyæ interioris. *Ptol.*
Talus, fluv. est in Mauritania.
Tamara, opp. est Britanniæ insulæ. *Ptol.*
Tamara, aut Tamaris, fluv. est Gallæciæ in Hisp. *Ptol.*
Tamarici, pop. sunt, à Tamari Gallæciæ dicti.
Tamarici, fontes sunt in Cantabria. *Plin.* lib. 3. cap. 3.
Tamarus, fluv. est Britanniæ ins. *Ptol.* Vulgò *Tone.*
Tamarita, civ. est Mauritaniæ Cæsariensis.
Tamaritæ, pop. Asiatici non longè à Caspio mari.
Tambrax, urbs Parthorum: gentile Tambrajus. *Steph.*
Tamia, civ. est Britanniæ insulæ. *Ptol.*
Tamna, urbs Arabiæ: cives Tamnites. *Steph.*
Tamos, promont. est Tauri montis. *Pomp.*
Tamuda, sive Tamnada, fluv. est Mauritaniæ. *Plin.*
Tamus, Cretæ urbs est. *Herod.* lib. 4.
Tamusida, opp. est Mauritanię Tingitanæ Mediterraneum.
Tamusiga, opp. est ejusdem Mauritaniæ. *Ptol.*
Tamina, urbs est Erethriæ, ubi Jupiter Tamineus. *Steph.*
Tamyraca, civ. est in Sarmatia Europæ. *Ptol.*
Tanadarus, civ. est Armeniæ minoris. *Ptol.*
Tanager, vel Tanagrus, fluv. Lucaniæ inter Campaniam. *Virg.* 3. *Georg. & sicci ripa Tanagri.*
Tanagria, opp. est Bœotiæ. *Plin.* lib. 3. cap. 21.
Tanagria altera, civ. est in Perside. *Ptol.*
Tanagræus, a, um, res ad Tanagriam pertinens. *Cic.*
Tanais, fluv. est Scythiæ dirimens Europam ab Asia, & in Mœotidem paludem defluit. Vulg. *Dón, ó Tana.*
Tanais, opp. ad fluvii hujus ostia à Gręcis conditum. *Plin.* l. 2. cap. 98.
Tanais, ins. est Ponti Euxini.
Tanais, opp. est in Sarmatia Europæ, & Asiæ.
Tanaiteus, a, um, res ad Tanaim pertinens.
Tanaitæ, pop. sunt utriusque Sarmatiæ. (*ab Urbe.*
Tanaquil, uxor fuit Prisci Tarquinii magnanima mulier. *Liv.* 1.
Tanarus, fluv. est in Padum fluens. *Plin.* l. 3. c. 16. Vulg. *Tanaro.*
Tanas, opp. non longè à Tanaro, quod Venetis paret.
Tanaris, fluv. est Mysiæ superioris. *Ptol.*
Tambertia, portus maritimus Momoniarum in Hybernia.
Tanea, vicus est Parthorum. *Trog.* lib. 11.
Taner, vir Persa, unus fuit è ducibus Darii.
Tangana, civ. est Libyæ interioris. *Ptol.*
Tanis, eos, civ. est antiquissima in Ægypto: à qua
Tanicum, sive Taniticum ostium, unum ex septem Nili.
Tanitana, plaga in Ægypto. *Herod.* lib. 2.
Tanites, nomos, pręfectura est in Ægypto. *Ptol.*
Tanium, opp. est Galliæ Togatæ in Italia. *Ptol.* Vulg. *Tanedo.*
Tanitani, opp. sunt in octava Italiæ regione. *Plin.* lib. 3.
Tanos, urbs Cretæ: gentile Tanus. *Steph.*
Tantalis, opp. est Joniæ, quod posteà *Sypilum* dictum.
Tantalus, Phrygiæ Rex, Jovis ex Plotæ Nympha filius, cum Troë Dardaniæ Rege bellum gessit. *Eusebius.*
Tantalus, apud inferos detrusus, perpetua fame & siti torquetur, quod deorum secreta mortalibus revelaverit: vel quod Pelopem filium discerptum & coctum diis comedendum apposuit. *Ovid.*
Tantalus dictus, quasi *Talantaton*, i. infelicissimum. *Plat.*
Tantalus alius, Corinthiorum Rex, ob pietatem deorum mensis dignatus. (situs esca patri. *Horat.*
Tantalus alius, Thyestę ex Merope filius, interfectus & appo-
Tantalus, mons Lesbi; gentile Tantalius. *Steph.*
Tantaleus, a, um. Propert. *Tantalea poterit tradere poma manu.*
Tantalicus, a, um. Claud. *Non aqua Tantalicis subducitur invida curis.*
Tantalis, dicta est Niobe Tantali filia. *Ovid.* 6. *Metam.*
Taocha, civ. est in Perside regione. *Ptol.*
Taochi, pop. in Ponto, qui & Toæ. *Steph.*
Tapanitæ, pop. sunt præfecturæ Marmaricæ. *Ptol.*

Taphiæ, ins. sunt inter Leucadiam & Achajam. *Plin.*
Taphiasus, mons est Ætoliæ regionis. *Plin.* lib. 4. cap. 2.
Taphii, dicti sunt pop. à Taphio Neptuni filio.
Taphiusa, opp. est Cephalleniæ juxta Leucadem, quondam Taphos appellatum in quo Taphiusius lapis nascitur. *Plin.* lib. 36. cap. 21.
Taphnis, civ. in Ægypto, cujus habitatores Taphnæi dicti.
Taphræ, opp. est in Taurica Chersoneso. *Plin.* lib. 4.
Taphræ, opp. est Africæ inter duas Syrtes. *Plin.* lib. 5. Vulgò *Fachs, Villa, y Puerto.*
Taphori, pop. sunt Lusitaniæ stipendiarii. *Plin.* lib. 4.
Taphosiris, opp. est Mareoticæ præfecturæ, ita dictum quia in eo sit sepultus Osiris. *Steph.*
Taprobane, ins. est in mari Indico admodum grandis.
Taprobane, longissima vita sine ullo languore producitur.
Tapsacum, opp. est Cyrenaicæ regionis. *Plin.* lib. 5. cap. 5.
Tapsus, ins. 10. stadiis distans à Sicilia versus Syracusas. Vulgò *Isla de Magnesi.* Melius, Thapsus.
Tapura, civ. est Armeniæ minoris. *Ptol.*
Tapiri, pop. Parthiæ, qui proprias uxores aliis viris nuptui concedunt. *Strab.* lib. 11.
Tarachiæ, ins. est propè Corcyram *Plin.* lib. 4. cap. 12.
Taranis, dicebatur Jupiter à Gallis, cui humano sanguine litabant. *Lucan. Et Taranis Scythiæ non mitior ara Dianæ.*
Tarantasea, civ. est in Alpibus sita. Vulgò *Tarentesa.*
Taranta, à quoddam heroe dixerunt, inquit *Strab.*
Taranton, Græcè genere neutro, quod apud nos Tarentum dicitur.
Taras, genere quoque masc. dicitur, pro eo quod Tarentum.
Tarantus, urbs Bithyniæ, ubi Jupiter Tarantus colitur. *Steph.*
Taras, Neptuni filius, qui Tarentum ædificavit.
Tarascodunitani, pop. sunt Provinciæ Narbonensis.
Tarba, civ. est Cretæ ins. *Ptol.*
Tarbelli, pop. sunt Galliæ Aquitanicæ. *Plin.* lib. 4. cap. 9.
Tarbelicus, a, um. Luc. *—admissum claudit Tarbelicus æquor.*
Tarchetius, impius Albanorum Rex, de quo *Plut.* in vita Ro- (muli.
Tarchia, urbs Siciliæ: gentile Tarchiates. *Steph.*
Tarcho, Hetruscorum dux, qui Æneæ contra Turnum, & Rutulos suppetias tulit.
Tarcomon, urbs Tyrrheniæ, à Telepho filio Tarchonis. *Steph.*
Tardastili, pop. sunt Indorum. *Plin.* lib. 24. cap. 17.
Taretum, civ. est Italiæ in sinu Tarentino. Vulgò *Taranto.*
Tarentinus, portus est celebris propè Tarentum. *Plin.*
Tarentinus, a, um, quod ex Tarento est, ut Tarentina nux, & Tarentina pyra. *Plin.*
Tarentina, prom. est Sarmatiæ Asiaticæ. *Ptol.*
Targuli, pop. sunt Germaniæ. *Cæsar.*
Tariana, civ. est in Susiana regione. *Ptol.*
Tarichea, civ. est Judææ Palæstinę. *Plin.* lib. 5.
Tarichia, ins. sunt è regione Carthaginis. *Strab.* lib. 17.
Tarina, civ. est Armeniæ majoris. *Ptol.*
Tariona, castellum est Liburniæ seu Dalmatię. *Plin.*
Tariorarum, antiqua regio est in Liburnia. *Plin.* lib. 3.
Tarna, civ. est in Bœotia. *Strab.* lib. 9.
Tarne, es, fons est in Lydia regione. *Plin.* lib. 2. cap. 29.
Tarnes, fluv. est in Gallia Aquitanica. (*lingen.*
Tarodunum, opp. est in Germania magna. *Ptol.* Vulg. *Ried-*
Tarona, civ. est in Taurica Chersoneso. *Ptol.*
Tarpeja, Virgo Vestalis, teste Varrone, filia fuit Tarpeii, quæ Romanam Arcem in Capitolio constitutam Sabinis prodidit.
Tarpejus, mons Romæ, à Tarpeja Virgine Vestali dictus, quæ ibi à Sabinis necata & sepulta fuit. (retur.
Tarpejus, dictus est Jupiter à monte Tarpejo, quod ibi cole-
Tarpejus mons, priùs Saturnius, posteà Capitolium dictus. Vulgò *Campidolio.*
Tarpejus, a, um. Lucan. *Tarpeja de rupe tonans.*
Tarphe, urbs Locrorum: gentile Tarpheus. *Steph.*
Tarphara, urbs Fœlicis Arabię: civis Tarpharenus. *Steph.*
Tarquinii, orum, opp. fuit Tuscię Mediterraneum. *Ptol.*
Tarquinienses, pop. sunt Hetruriæ. *Plin.* lib. 8. cap. 52.
Tarquiniensis, e, res ad Tarquinios pertinens.
Tarquinius Priscus, quintus fuit Romanorum Rex. *Liv.*
Tarquinius Superbus, Rex Romanorum, cognomen à moribus meruit. Hujus filius Lucretiam stupravit.
Tarquinius Collatinus, Ægerii filius ex sorore Tarquinii Superbi, Lucretiæ maritus. *Liv.* lib. 1.
Tarrabeni, pop. sunt Corsicæ ins. *Ptol.*
Tarracina, civ. est Latinorum in Italia. *Ptol.* Vulg. *Gaeta.*
Tarracina posteà dicta, quæ priùs Anxur: & Trachina etiam dicta, à loci asperitudine. *Livius.*
Tarracon, vel potius Tarraco, civ. est Hisp. citerioris. *Pomp.* lib. 3. Vulgò *Tarragona*: à qua
Tarraconensis Hisp. eadem quæ citerior.
Tarraconense vinum, celebratur à *Martiali.*
Tarraga, civ. est Vasconum in Hisp. *Ptol.*
Tarragenses, pop. sunt Hisp. citerioris. *Plin.* lib. 3.
Tarrum, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Tarsatica, civ. est in Illyride seu Liburnia. *Ptol.*
Tarse regnum, Asiæ Regio, quæ olim Gedrosia.
Tarsejum, urbs juxta Herculis columnas. *Polyb.* (dixit.
Tarsis, Regio Judææ, ad quam Jonas Propheta, se ire velle
Tarsium, civ. est Pannoniæ inferioris. *Ptol.*
Tarsus, civ. est Mediterr. Ciliciæ. *Ptol.* Vulgò *Tarso.*
Tarsus, à Perseo Danaës filio ędificata fuit. *Lucan.* lib. 4.
Tarsus, Apostoli Pauli fuit patria.
Tarsis, Regio dicta est, quæ posteà vocata Cilicia.
Tarsenses adeò studiosi Philosophię fuerunt, ut Athenienses, & Alexandrinos superarent.
Tarsensis, e, à Tarso, ut Tarsense pelagus. *Columel.*
Tartari, Sarmatiæ pop. Scythicis moribus immaniores.
Tartari, videntur esse qui Tarctari, & nunc Tartari.
Tartarus, locus infernalis, cujus apud Poëtas crebra mentio.
Tarteus, civ. est Bæticæ, eadem quæ Carteja. *Pomp.* Vulgò *Tarifa.* (vir.
Tartessus, fluv. idem est qui Bætis, posteà dictus *Guadalqui-*
Tartessiacus, a, um. Sil. *Ac Tartessiacus tendit per littora portus.*
Tartessius, a, um. Ovid. *Presserat occiduus Tartessia littora Phœbus.*
Tarvaltæ, pop. sunt Libyæ interioris. *Ptol.* (*Terovana.*
Tarbana, opp. est Morinorum in Gallia Belgica. *Ptol.* Vulgò
Taruda, opp. est Mauritanię Cæsariensis. *Ptol.* (*Dungisbe.*
Taruedum, quod & Oreas, opp. est in Britannia. *Ptol.* Vulgò
Taruntius, vir fuit Philosophiæ, & Mathematicæ studiosus. *Plut.* in Romulo.
Tarus, fluv. est in Padum defluens. *Plin.* l. 3. c. 16. Vulg. *Tarro.*
Tarusates, pop. sunt Galliæ Aquitanicæ. *Cæs.*
Taruscum, opp. est Provincię Narbonen. *Ptol.* Vulg. *Tarascon.*
Tasmenes, unus ex filiis Nestoris. Melius Thrasymedes.
Tasta, civ. est in Aquitania. *Ptol.*
Tastina, civ. est Armeniæ minoris.
Tatianus, nomen est viri proprium.
Tatienses, tertia pars pop. Romani, à T. Tatio dicta.
Tatius, Rex fuit Sabinorum, qui adversus Romam bella gessit, sed demum à Romulo in Urbem receptus est.
Tatta, stagnum Salis nativi in gente Morimenorum, in confinio Cappadociæ & Galatiæ. *Strab.*
Tattæus, a, um, à Tatta stagno, ut Tattæus sal.
Tattæus sal, Phrygius vocatur, qui est utilis oculis. *Diosc.*
Tava, urbs Ægypti: civis Tavites. *Steph.*
Tava, urbs Sicilię; gentile Tavacinus. *Steph.*
Taucira, civ. Barceæorum. *Herod.* lib. 4.
Taugetos, *Hom. 6. Odiss.* pro eo quod Troygetos, per *au* diphthongum dicitur. (in prima.
Taugetos, & Taugeton quoque dicitur, per *eta*, & *ypsilon*
Taunium, opp. est Toremorum in Galatia. *Ptol.*
Taulantii, pop. sunt Liburniæ. *Plin.* lib. 3. cap. 22.
Taulantii, pop. sunt Macedonię. *Ptol.*
Taurania, opp. in agro Campano. *Plin.* lib. 3. cap. 3.
Tauratii, pop. in Taurica regione constituti. *Steph.*
Taurea Jubellius, Campanus, vir memorandæ fortitudinis. *Livius de Bello Pun.* lib. 2.

Tau-

Taurentium, opp. est Galliæ Narbonensis. *Ptol.*
Taureus, Neptuni epitheton, quia ei Tauros immolabant.
Tauri, orum, pop. Sarmatiæ Europpæ, à quibus
Taurica Chersonesus dicta, quę regio est Septentrionalis Europæ. Vulgò *Capha.*
Taurii, & Taurilia, ludi in honorem deorum inferorum facti.
Taurianum, opp. est in littore Brutio juxta Rhegium.
Taurianus sinus, cognominatus ab eodem oppido.
Tauri, & Taurici, pop. sunt regionis Tauricæ.
Tauricus, a, um, vir, aut fœmina ex Taurica regione.
Tauricum, opp. est Galliæ, undè oritur Danubius.
Taurini, cognomine Aquenses, pop. sunt Hetrurię.
Taurini, pop. sunt in Transpadana regione. *Plin.* lib. 3. Vulgò *Piamonte.*
Taurinus, a, um. Sil. *Taurinis ductor statuit tentoria campis.*
Taurisani montes, undè Silis fluv. oritur. *Plin.* lib. 3. c. 18.
Taurisani, Venetiæ pop. sunt, qui & Taurisacii dicuntur.
Taurisci, populi Germaniæ sunt qui posteà Norici. *Plin.* lib. 3. cap. 20.
Taurisium, civitas est condita à Taurisanis, sive Tauriscis. Vulg. *Trivisi.*
Taurisium, corruptè profert Trivisium *Joann. Annio.*
Taurois, urbs Geltica Masiliensium Colonia. *Steph.*
Taurominium, opp. Siciliæ in colle situm, cui Tauri nomen fuit. Vulgò *Taormina.*
Taurominitanus, a, um, res ad Taurominium pertinens. *Silius.*
Tauroentium, opp. Galliæ Narbonensis, quod suprà Taurentium.
Tauropolion, Dianę templum in Samo. *Strab.* lib. 14.
Tauroscithæ, pop. sunt Sarmatiæ in Europa. *Ptol.*
Taurubulæ, arum, ins. prop. Neapolim. *Stat.*
Taurunum, sive Taururum, opp. est Pannoniæ inferioris. *Ptol.* Hodie Alba Græca. Vulgò *Belgrado.*
Taurus, Berytius, Philosophus Platonicus sub Antonino Pio, cujus sæpè meminit *Gellius.*
Taurus, mons ingens Asiæ ad Occasum porrectus propè Tigrim, & ultra Euphratem. *Ptol.* Vulgò *Cortestan.*
Taurus, prom. est Siciliæ insulæ. *Ptol.* Vulg. *Cabo de Santa Cruz.*
Taurus, mons est Germaniæ. *Pomp.* lib. 3. cap. 3.
Taurus, alveus est quo Alexandriam aditur. *Plin.* lib. 5. c. 31.
Taurus, civ. est in Dalmatia.
Tauri, prom. est in Lycia regione. *Pomp.* lib. 1.
Taurica, civ. est in Media. *Ptol.*
Taxiana, ins. est adjacens Susianæ regioni. *Ptol.*
Taxilia urbs Indiæ maxima: gentile Taxilites. *Steph.*
Taxilę, pop. ejusdem urbis in India. *Strab.* lib. 35.
Taygeta, Atlantis & Plejones fuit filia, ex qua Jupiter Lacedæmonem genuit, una è septem Plejadibus. *Serv.* Nonnulli Semeles filiam faciunt.
Taygetus, i, vel Taygeta, orum, mons est Laconiæ Libero patri sacratus, sub quo Sparta, & Amyclæ. Virg.---*virginibus baccata Lacænis Taygeta.*
Tazena, civ. est in Media. *Ptol.*
Tazo, opp. est Sarmatiæ Asiaticæ. *Ptol.*
Tazos, opp. est in Taurica Chersoneso. *Ptol.*

T ANTE E.

Teanum, civit. est Campanorum Mediterranea. *Ptol.*
Teanum, civ. quoque est Apulorum Dauniorum. *Ptol.*
Tearco, Æthiopiæ Rex maximus, qui externas subegit gentes. *Strab.* lib. 5.
Teari, qui Julienses, pop. sunt conventus Tarraconensis.
Tearus, fluv. est Thraciæ in Attica regione. *Plin.* lib. 4.
Tearus, fluv. est salutifer in Contadesdum amnem defluens.
Teate, civ. est Marrucinorum in Italia. *Ptol.* Vulgò *Chieti, en Abruzzo.*
Teatini, pop. sunt Marrucinorum in Italia. *Plin.* lib. 3. c. 12.
Tebunda, civ. est Cappadociæ. *Ptol.*
Tecilia, civ. est Germaniæ magnæ. *Ptol.*
Tecmon, urbs Thesprotiorum: civis Tecmonius. *Steph.*
Tectosagæ, pop. sunt Galatiæ, sive Gallogræciæ. *Ptol.*
Tectosages, apud Ausonium appellantur Teutosagi.
Tectosagum, opp. est Provinciæ Narbonensis. *Plin.* lib. 3.
Tedamensii, pop. sunt Africæ proprię dictæ. *Ptol.*
Tedavium, flumen est in Illyride regione. *Plin.* lib. 3. cap. 21.
Teder, opp. Mediterraneum Umbriæ. *Plin.*
Tediastum, civ. est Liburniæ. *Ptol.*
Tedifera, dea Ceres dicta est, cujus sacra noctu fiebant. *Ovid.*
Tedion, civ. est Arabiæ desertæ. *Ptol.*
Tega, opp. est Africæ inter duas Syrtes. *Ptol.*
Tegæa, opp. est in Arcadia regione. *Plin.* lib. 4. cap. 6.
Tegæus, a, um, ab ea regione; sicut à Nemæa, Nemæus, a, um.
Tegæaticus, a, um, à Tegea, undè *Pan deus tegæaticus.*
Tegæaticum, bellum cum Lacedęmoniis. *Her.* lib. 1.
Tegæaticus volucer & ales, Mercurius dicitur. *Stat.*
Tegessus, urbs Cypri, gentile Tegesius. *Steph.*
Tegyra, civ. Bœotiæ, Apollinis patria, undè dictus est Tegyrejus. *Steph.* (plum Apollinis. *Salust.*
Tejum, urbs in Paphlagonia, undè ortus Anacreon, ubi tem-
Tejus, a, um, à Teo ins. contra Lesbum. Ovid. *Præcepit Libyci Teja Musa senis.*
Teladusii, pop. sunt Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Telamon, Æaci filius, Pelei frater, & pater Ajacis.
Telamonides, forma patronymici, dicitur Ajax, Telamonis filius. (*Telamone.*
Telamon, portus est Umbriæ in Italia. *Plin.* Vulgò *Puerto de*
Telamon, inter portum Herculis & caput Hetruriæ. *Joann. Annio.* Vulgò *Cabo de Monte Argentario.*
Telandrus, opp. & ins. est in mari Lycio. *Plin.* lib. 5. c 31.
Telchina priùs dicta est, quæ posteà Rhodus. Vulgò *Rodas.*
Telchines, filii Minervæ, & Solis, iidem qui posteà Corybantes & Idæi. *Strab.* lib. 10.
Telchis, urbs Æthiopiæ in Libya: gentile Telchites. *Steph.*
Telchinia, Peloponnesi urbs; quæ posteà Sycion dicta.
Telchinius, Apollo dictus est apud Lydios, à Telchinibus hominibus maleficis & fascinatoribus, qui Rhodum incolebant. *Paleph.* lib. 1.
Telchines, dæmones dicuntur invidi, & hominibus malefici.
Telchius & Amphitus, Castoris & Pollucis aurigæ fuere, à quibus fera gens Heniochorum orta. *Plin.* lib. 6. cap. 5.
Teleba, civ. est Albaniæ. *Ptol.*
Teleboæ, Ætoliæ pop. fuerunt latrocinio infamati.
Teleboæ, fuerunt quoque Caprearum populi. *Virg.* l. 7. *Æneid.*
Teleboas, unus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius. *Boc.*
Telebois, pars est Acarnaniæ. *Steph.*
Telecrus nomen proprium Regis Laconiæ.
Telegonus, Ulyssis filius ex Circe, qui patrem interfecit.
Telemachus, fuit Ulyssis ex Penelope filius. *Ovid.*
Telemus, Eurymi filius, & vates egregius inter Cyclopes, Polyphemo prædixit, quæ ab Ulysse passus est. *Ovid.*
Telephanes, vir carrucarius, ad Regnum Lydorum ex oraculo
Telephanes, tibicen, cujus meminit *Demosthenes.* (accersitus.
Telephus, Herculis filius ex Auge Nympha, filia Alcæi Arcadiæ Regis, qui à cerva nutritus fertur.
Telephus Pergamensis Grammaticus, scripsit ferè omnia, quæ ad Grammaticam pertinent. *Suid.*
Telephus, mendicus peram gestans apud *Aristophan.*
Telephi fons, in Lycia est, & stadiis 7. à Pataris distat. *Steph.*
Telesco, Nympha, Oceani, & Tethyos filia. *Hesiod.*
Telosilla, mulier fuit poëtria nobilis. *Pausan.*
Telesphorus, Pontifex Romanus, anno 140.
Telesia, civ. est Samnitum in Italia. *Ptol.*
Telestho, us, Nympha fuit Oceani & Tethyos filia. *Hesiod.*
Telestor, pater fuit Euripidis Poëtæ. (*Ovid.*
Teletusa, mater Iphidis puellæ, quæ in puerum mutata fuit.
Telis, fluv. est Provinciæ Narbonensis. *Plin.* lib. 3. cap. 4.
Tellen, tibicen fuit & Poëta ineptissimus. *Erasm. in Proverb.*
Tellenis cantilenas canere, proverb. in dicaces, & ineptè loquaculos.
Tellene, opp. est Latii, quod interiit. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Tellias, vates fuit Eleus, cujus stratagema vide apud *Herod.* lib. 8.
Telmeta, urbs Carię: gentile Telmetæus. *Steph.*

Tellus, vir pauper Atheniensis, quem Solon Cræso fœliciorem esse dicebat. *Plut. & Herod.*
Tellus, uris, dea terræ credita est antiquis. *Cic. de Natur. deor.*
Telmessus, sive Telmissus, opp. est Lyciæ. *Ptol.* (ditore.
Telmessus, prius Temmessus, à Temmesso Apollinis filio con-
Telmessus, à Termesso differt, nàm Termessus in Pisidia est.
Telmessum, inquit *Plinius* urbem quondam fuisse religiosissimam.
Telmessus, sive Telmesus, simplici, & duplici *s* scribitur.
Telmessus, inscribitur fabula *Aristophanis* à Telmeside promon-
Telmessus anteà vocabatur Oropus, Syriæ civ. *Steph.* (torio.
Telobis, civ. est Lacetanorum in Hisp. *Ptol.*
Telos, ins. est una è Sporadibus in Ægæo. *Plin.* lib. 4. Vulgò
Telos, ins. Epitropo objacet. *Herod.* lib. 6. (*Episcopi.*
Telina, unguenta, à Telo insula. *Plin.* lib. 4. cap. 12.
Telphusa, fons Bœotiæ frigidissimus, cujus aquas Tiresias vates quum senex potasset; & ferre non potuisset, extinc-
Telphussa, opp. est in Arcadia regione. (tus est.
Telphussum, opp. est in Bœotia, ubi laudatur Bacchus à
Telus, Sibaritarum tyrannus. *Herod.* lib. 5. (Pindaro.
Temandrus, mons est Libyæ interioris. *Ptol.* Rectiùs Mandrus.
Tembrius, fluv. est juxta Pont. *Orph. in Argonauticis.*
Tembros, urbs Cypri, in qua Hyllates Apollo colitur. *Steph.*
Temenia, urbs Phrygiæ juxta Lycaoniam. *Steph.*
Temenites, fons in agro Syracusano. *Plin.* lib. 3. cap. 8.
Temenium, opp. est in Peloponneso. *Strab.* lib. 8.
Temesa, opp. est Calabriæ in Brutiis. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Temese, opp. est Cypri, ubi æris fodinarum locus ostenditur: gentile Temesites. *Steph.*
Temeseus, a, um. Ovid. *Temesæaque concrepat æra.*
Temmices, pop. sunt Bœotiæ. *Strab.*
Temnos, urbs Æolidis, Hermogenis Rhetoris patria. *Cic.*
Tempe, loca amœna Thessaliæ, quinque millia pass. longitudine.
Tempe, loca sunt etiam in Bœotia, quæ *Ovid.* Gigneja dicuntur. (Temesa.
Tempsa, opp. est Brutiorum ita Græcis dictum, sed Latinis
Tempsis, cacumen Tmoli montis, in quo supra 150. ann. vivunt incolæ. *Plin.* lib. 7. cap. 48.
Temus, vel Temos, fluv. est Sardinię insulæ. (*Gallico.*
Tencatheri, vel Tencheri, pop. sunt Germaniæ. *Cæs. de Bello*
Tenea, vicus Corinthi, à Theno Cycni filio. *Steph.*
Teneas, fluv. est in Tyberim defluens. *Strab.* lib. 5. Vulgò *Topino, en el Ducado de Spoleto.*
Tenebrium, promont. est Hispaniæ Tarraconensis. *Ptol.*
Tenebrius, portus est in eadem Hisp. *Ptol.* (*Tenedo.*
Tenedos, ins. est maris Ægęi contra Sigæum littus. Vulgò
Tenedius, a, um. Cic. *Tenediorum igitur libertas, &c.*
Teneros, opp. est in Bœotia. *Strab.* lib. 9. (3. *in Verr.*
Tenes, creditur fuisse deus in Sicilia, ac Tenedi conditor. *Cic.*
Tenes, Cycni filius, à quo Tenea vicus Corinthi. *Steph.*
Tenia, opp. est Arcadiæ regionis.
Tenias, civ. est Asabatidis regionis Sarmatiæ Asiaticæ. *Ptol.*
Tenissa, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Teniræ, credebantur esse sortium deæ, quòd tenendi potestatem haberent. *Fest.*
Tenos, ins. una è Cycladibus. *Plin.* Vulgò *Tine.*
Tensa, ins. est Italiæ à Leontibus habitata. *Solin.*
Tensii, pop. sunt Mysiæ inferioris.
Tentyris, ins. est Nili. *Plin.* lib. 8. cap. 25.
Tentyrii, sive Tentyritii, vel Tentyritæ, insulani dicuntur.
Tentyris, civ. est Metropolis Ægypti. *Ptol.*
Tentyrites, nomos, præfectura est in eadem Ægypto. *Ptol.*
Tenucani, Gręci fuerunt Pisarum conditores.
Teon, prom. est Cretæ insulæ.
Teos, civ. est Joniæ, Anacreontis patria. *Horat.*
Teos, alia civ. Scythiæ, ad paludem sita cui oleum copiosè in-
Teracatriæ, pop. sunt Germaniæ magnæ. *Ptol.* (natat. *Steph.*
Terapna, civ. est in Licaonia regione, Helenæ patria.
Terapne, opp. est Cretæ Mediterr. *Plin.* lib. 4. cap. 12.
Terapne, ab aliquibus cum aspiratione scribitur *Teraphne.*
Teraphnæus, a, um. Ovid. *Rure Therapnæo nata puella Phrygem.*
Terapse, ins. non magna juxta Carthaginem. *Steph.*
Terbetia, urbs Siciliæ, cives Terbentini. *Steph.*
Terebia, civ. est Armeniæ majoris. *Ptol.*
Terebis, fluv. Hispaniæ Tarraconensis. *Ptol.* lib. 2. cap. 26. Tuder. *Plin.* lib. 3. cap. 14.
Terebus, fluv. est Hisp. Tarraconensis. *Ptol.*
Teredon, civ. est in Babylonica regione sive Persica.
Terentia, Ciceronis uxor ex ipsius litteris notissima. Hæc 117. vixit annis, teste *Plin.* lib. 7. cap. 48.
Terentius, Poëta Comicus, Carthagine natus.
Terentinus Scaurus, Grammaticus Adriani Principis temporibus, scripsit de Cæselii Vindicis erroribus.
Terentius Culeo, Senator Romanus, captus à Carthaginensibus, redemptus ab Africano majore. *Liv.* lib. 10. *de Bello Punico.* Hinc natus error apud indoctos, qui Terentium Comicum à Pœnis captum, & à Scipione redemptum pu-
Terentius Varro, collega Æmilii Pauli. (tavêre.
Terentianus, a, um, adject. à Terentio. *Quint.* lib. 6. cap. 3.
Terentus, locus Romæ in campo Martio, ita dictus quod in eo loco arca Ditis patris in terra occultaretur, quæ ludis tantum sæcularibus ostendebatur. (*ludo.*
Terentinus, a, um. Auson. *Trina Terentino celebrata trinoctia*
Terentus, vel à ruminando Rumom, & Serra, quòd secaret
Terentus inde dictus, quod ripam fluminis tereret. (ripas.
Terentini ludi, centesimo quoque anno tribus diebus, ac noctibus celebrabantur. *D. August. de Civ. Dei lib. 3. cap. 18.*
Tereus, Rex Thracum, Martis ex Bistonide Nympha filius.
Tergamon, ins. est Rhodiorum. *Plin.* lib. 5. cap. 31.
Tergemina, Diana dicta est.
Tergestum, colonia est Istriæ. Vulgò *Trieste.*
Tergestum, stadiis 180. ab Aquileja distat. *Strab.*
Tergilani, pop. sunt Lucanorum in Italia. *Plin.* lib. 3.
Terias, fluvius Siciliæ juxta Catanam. *Plin.* lib. 3. cap. 8.
Teridata, civ. est Mesopotamiæ ad Euphratem. *Ptol.*
Terina, Brutiorum oppidum maritimum, à quo sinus proximus Terinęus appellatur. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Terina, ins. est una è Syrenibus, quæ à Lygia una Syrenum
Terini, pop. sunt Britannię insulæ. (colebatur. *Lycophron.*
Termera, opp. est Lydiæ Mæoniæ in Asia propria. *Ptol.*
Termera, opp. est Carię regionis. *Plin.* lib. 5. cap. 29.
Termerium, Myndiorum est promontorium, alteri Candariæ oppositum. *Strab.* lib. 14.
Termes, opp. est Arevacorum in Hisp. *Ptol.*
Termessus, opp. est Carbalię in Pamphylia. *Ptol.*
Termessus, civ. gemina in Pisidia, major scilicèt, & minor.
Termile priùs dicebatur, quæ nunc Lycia. *Strab.*
Termilæ, pop. sunt Lyciæ è Creta oriundi, qui priùs Minyæ & Solymi vocabantur. *Herod.* (esse existimabantur. *Fest.*
Terminus, deus apud antiquos, in cujus tutela fines agrorum
Terminus in loco quo colebatur, ibi super eum foramen patebat in tecto.
Terminum enim intra tecta consistere nefas arbitrabantur.
Terminus solus, reliquos inter deos Jovi cedere noluit. *Ovid.*
Terminalis lapis, dicitur terminus ipse lapideus. (lib. 2. *Fast.*
Terminalis Apollo dictus est, ab adjudicandis finibus: quòd Hormienses de terræ finibus contendentes, victores fecerit. *Palep.* lib. 1.
Terminalia, orum, festa erant ipsius dei Termini. *Liv.*
Termontium, civ. est Thraciæ regionis.
Terprander, ex Antissa Lesbi civitate Poëta Lyricus. *Suid.*
Terpnus, citharædus fuit, cujus cantu summè oblectabatur Nero. *Suetonius.* (delectetur.
Tepsichore, una Musarum, sic dicta quod choreis & tripudiis
Terpsichore, à quibusdam Citharistria vocatur.
Therpyllus, civ. est Mygdoniæ in Macedonia. *Ptol.*
Tertia, sive Tertula per diminutionem, Bruti soror, uxor Casii. *Cic. ad Attic.* lib. 14. cap. 18.
Tertius, nomen viri proprium. *Paul. ad Rom.* 16. (clesiæ.
Tertulianus, scriptor Ecclesiasticus, temporibus nascentis Ec-
Tertullus, nomen oratoris cujusdam accusatoris Pauli. *Act.* 24.

Tertullus, Consul, anno salutis 412.
Tescapha, civ. est Mesopotamiæ ad Tigrim. *Ptol.*
Tesprotæ, opp. sunt in Epiro. *Ptol.* rectius Thesprotæ.
Testis, fons est apud Irasa locum in Africa. *Herod.*
Tetagoda, civ. est in Albania. *Ptol.*
Tethiopobatæ, pop. sunt in Libya. *Herod.*
Tethys, Cœli & Vestæ filia, Saturni soror, Neptuni uxor, & Nympharum mater. *Ovid.*
Tetra, civ. est Cypri insulæ. *Strab.*
Tetrachoritæ, pop. qui aliàs Bessis. *Strab.* lib. 7.
Tetrapolis, civ. est in Peloponneso.
Tetrapolis, regio est Syriç Antiochenæ, à quatuor prçcipuis urbibus. *Strab.* lib. 15.
Tetrapolis, dicta est alia Atticæ pars, quod vicos & civitates quatuor haberet. *Steph.*
Tetrapyrgia, civ. est in Cappadocia. *Ptol.*
Tetricus, mons in Sabinis asper atque arduus. *Virg.* Vulgò *Monte Severo, y Monte Negro.*
Tetrius, fluv. est Cypri ins. *Ptol.*
Tetrius Caballus, viri proprium, qui sub Vespasiano & filiis claruit, & propter scurrilitatem, à calcitratu Caballi nomen adeptus est. *Calep.*
Teuca, Regina Illyricorum, quæ Romanos sæpè fregit. *Plin.*
Teucer, & Teucris, Scamandri Cretenus filius, qui in Troade regnavit, undè Iliensium Regum origo, & ab ipso Troja dicta est Teucria, & Trojani ipsi Teucri.
Teucer iste Salaminam in Cypro condidit. *Just.* lib. 44.
Teucer alius, Cyzicenus, scripsit de terra quæ profert aurum, & de Cyzicenorum rebus. *Suid.*
Teucer alter, Ajacis Telamonii frater, sagittandi peritissimus. *Hom.* lib. 8. *Iliad.*
Teucer, possessivum, idem quod Trojanus, ut *Campi Teucri. Virg.* (lib.5. cap.5.
Teuchira, urbs Lybiæ Cyrenaicæ, Arsinoë quoque dicta *Plin.*
Teucris, urbs & regio Troadis, Dardania post dicta. *Steph.*
Teutademus, pater Pelasgi. *Hom.* 2. *Iliad.*
Teuderium, Germaniæ urbs. Hodie Padeborna. *Steph.*
Teumesseus, mons Bœotiæ, à quo Leo Teumessius, quem Hercules adhuc penè puer occidit.
Teumessus, fluvius, & opp. in Thebanis finibus. *Strab.* lib. 9.
Tevochis, urbs Ægypti, & lacus ejusdem nominis. *Steph.*
Teuricii, pop. sunt Daciæ. *Ptol.*
Teutatem Galli humano cruore placabant. *Lact.* lib.7.
Teutates, lingua Gallica dictus est Mercurius. *Lucan.* (tur.
Teutates, inventor Geometriæ, & Astronomiæ à Platone dici-
Teutha, Regina Illyricorum, quæ supra Teuca. (*Iliad.*
Teuthada mas, pater Pelasgi, qui supra Teutademus. *Hom.* 2.
Teuthis, Princeps Græcorum, qui indignatus quod in Aulidis rupes impegisset, Palladem vulneravit hasta.
Teuthrania, quæ Thymena, civ. est Galatiæ. *Ptol.*
Teuthrania, regio est Troadis Mediterranea. *Plin.* lib.5. c.30.
Teuthraniam, à Teuthrante dictam esse, censet *Steph.*
Teuthranii, pop. sunt Laconiæ regionis.
Teuthranus, Axili pater. *Hom.* 6. *Iliad.*
Teuthras, antis, Rex Mysiæ Pandronis filius, & Thespii pater.
Teuthranteus, a, um. Ovid. *Peneusque senex, Teuthranteusque Caicus.* (*Plin.* l. 4. c.26.
Teuthria, ins. est in mari Adriatico, littori adjacens Apulo.
Teutones, sive Teutoni, Germaniæ populi. *Plin.* lib.4. cap.14.
Teutones, dicti ab eorum deo Teutone, quem terra ortum existimabant.
Teutonicus, a, um. Prop. *Teutonicas refringat opes.*
Teutonici capilli, quales Teutones gestare solent, flavi. Martial. *Caustica Teutonicos accendit spuma capillos.*
Texali, pop. sunt Britanniæ insulæ. *Ptol.*

T ANTE H.

Thabis, Scythiæ mons in Asia. *Pomp.* lib. 3.
Thabor, vulgò Saron, mons est in medio Galileæ campo mira & sublimi rotunditate, in quo Salvator transfiguratus est. *Matth.* 17. Civitas etiam in tribu Zabulon, Levitis data 1. *Paral.* 6.
Thabuca, civ. est Vardulorum in Hisp. *Ptol.*
Thaddeus Ocahasa, equestris ordinis vir, Dux invictissimus, dum Hyberni intra se patricidiale bellum stringerent, & cives cum civibus suis gladiatorio more concurrerent: multa hostium millia pluries fugavit, ac capta spolia victor restituit. Tandem à Macpieresio Quilteinanensi Barone captus, & in vincula detrusus, Beatissimç Virginis MARIÆ, ut fertur, nocturna in somnis visione liberatur: moxque in sequenti pugna pluribus confossus vulneribus in grave Momoniarum damnum occubuit. Hic Magistri D. Guillelmi Ocahasæ proavus.
Thema, civ. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Thagulis, civ. est Africç inter duas Syrtes. *Ptol.*
Thais, Alexandrina, nobilis meretrix fuit. *Propert.*
Thais altera, à Divo Panutio admonita, relicto quæstu meretricio, sancta mulier evasit. *Volat.*
Thala, mons est Libyæ interioris. *Ptol.*
Thala, opp. Africæ. *Flor.* & *Sallust. in Jugurth.*
Thalama, civ. est Messeniæ. *Steph.*
Thalamanei, pop. Persis subditi *Steph.*
Thalamia, civ. est Thessaliç. *Steph.*
Thalbis, civ. est Albaniæ inter Gerrum & Soanam fluvium.
Thales Milesius, fuit unus ex septem Græciæ sapientibus, obiit Olympiade 58, æstu ac siti fatigatus.
Thales, Poëta Lyricus Cretensis, quem è Creta Solon Spartam misit, ut eorum animos poësi deliniret. *Plut. in Solone.*
Thalestria, Regina Amazonum, quam alii Minitheam vocant. *Strab.* lib. 11.
Thalia, una est Musarum, à θάλω, id est, *germino*, vel *vireo*, quoniam Poëtarum laus parta virescat.
Thalia, Nymphæ nomen in Sicilia juxta Symæthum fluvium.
Thalia, ins. quædam Tyrrheni. *Arist. in Mirab.*
Thalii, pop. sunt juxta Caspios. *Solin.* cap. 25.
Thalysia, festa erat Atheniensium, quibus diis fructuum omnium primitias consecrabant. *Cæl.* lib. 12. cap. 17.
Thalpula, civ. est Italiæ in Orchomeno. *Steph.*
Thalus, vir eximiæ velocitatis, quem Jupiter aëreis pedibus finxisse dicitur. Vide annotationes Baptistæ Pii.
Thamanæi, pop. ins. maris Rubri incolentes. *Her.*
Thamarus, civ. est Judeæ ab occasu Jordanis.
Thamesis, fluv. est Britanniæ. *Cæs. de Bello Gallico.*
Thame, civ. est Palęstinæ ab Occasu Jordanis. *Ptol.*
Thamydes, locus propè Nabatheos Arabes: incola Thamydenus. *Steph.*
Thamyras, seu Thamyris, Thrax Poëta, qui de cantu cum Musis certavit, ideoque oculis captus.
Thamyras insanit, proverb. in eos qui præter ingenium proprium aliquid agunt. *Erasm.*
Thanatos, ins. in Oceano Gallico, Britanniæ proxima, frumentariis campis fœlix. *Solin.*
Thanes, metropolis Ægypti, in qua Moses multa signa facit.
Thanontada, opp. est Numidiæ novæ in Africa. *Ptol.*
Thanutis, villa est Libycæ præfect. in Ægypto.
Thapsacum, civ. fuit quæ posteà Amphipolis.
Thapsacus, civ. est Syriæ ad Euphratem. *Steph.*
Thapsacus, civ. est Arabiæ Desertæ ad Euphratem.
Thapsipolis, propè Chalcedonem est. *Steph.*
Thapsum, opp. est Africæ propriç. *Ptol.*
Thapsus, civ. est Libyæ. *Steph.*
Thapsus, ins. decem stadiis à Sicilia distans versus Siracusas, ita plana, ut undis mersa videatur.
Thar, civ. est Theomorum in Arabia Fœlici. *Ptol.*
Tharei, pop. sunt Æthiophiæ. *Plin.*
Tharsus, Ciliciæ civit. litterarum gymnasium. Vulgò *Tarso.*
Thasus, ins. in Ægæo propè Thraciam, una è Cycladibus. Vulgò *Taso.*
Thasus, à Thaso duce Phœnicum appellata est. *Her.*
Thasii, pop. in Thaso habitantes.
Thaumacia, civ. est Magnesiæ. *Plin.* lib. 4. cap. 9.
Thaumacia, civ. alia est in sinu Maleaco. *Steph.*

Thaumantias, Iris dicitur, Thaumantis filia, & Electræ. *Virg.*
Thaumantias, nuntia deorum in rebus malis, ut Mercurius in bonis. *Serv. in Virg. lib. Æneid.*
Thaumantis, idis, ut Imbrifera Thaumantis. *Stat.*
Thaumantheus, a, um, ut virgo Thaumanthea. *Ovid.*
Thaumasium, mons est Arcadiæ. *Steph.*
Thea, civ. est Laconiæ. *Steph.*
Thea, Nympha, Oceani & Tethyos filia. *Hesiod.* (*Suid.*
Theagenes, tres Athenis diversis temporibus fuisse recenset
Theagenes, qui de Homero scripsit.
Theagenes, Capnus, id est fumus, appellatus, quod multa promittens, nihil præstaret. *Suid.*
Theagenes, vir fuit potens, ac dives Athenis. *Suid.*
Theagenes, athleta Thasius, qui 140. coronas è certaminibus retulit. *Pausan.*
Theangela, urbs Cariæ est. *Plin.* lib. 5. cap. 29.
Theano, mulier Cretensis, filia Pythonactis, & uxor Pythagoræ, scripsit Commentarios Philosophicos, & alia. *Suid.*
Theanum, cognomine Sidicinum, Campaniæ oppidum. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Theanum, oppidum est in Apulia. *Plin. ibid. Cic.* in Oratione pro Cluentio, & *Horat.* 1. Epist. --- *cràs ferramenta Theanum, &c.* Vulgò dicitur *Theano.* (*que.*
Theanensis, e. *Livius* lib. 10. *Ex Apulia Theanenses*, *Canusini-*
Theba, æ, & Thebæ, arum, & Thebe, es, opp. Ægypti pervetustum. (*cuntur.*
Thebæ, in Ægypto hecatompylon, id est, 100. portarum di-
Thebæ, arum, opp. Bœotiæ à Cadmo Agenoris filio conditum, quam Amphion muris ornavit.
Thæbæ Bœotiæ, heptapylon dictæ, ab eo quod septem portas habebant. *Apulejus.* (*Timo.*
Thebę Bœotiæ, dicuntur Liberi atque Herculis patria. Vulgò
Thebæ, urbs in Africa, quam Bacchus condidit.
Thebæ, opp. est in Attica regione. *Steph.* (*Ziton.*
Thebæ, opp. est in Thessalia Phthiotide. *Solin.* cap. 5. Vulgò
Thebæ, opp. fuit in Cilicia, Andromaches patria. *Hom.*
Thebæ, in Lucania Italiæ fuere, quas interiisse ait *Cato.*
Thebæ, civ. est Cinædocolpitarum in Arabia Fœlici. *Ptol.*
Thebæ, arum, opp. est in Syria. *Steph.*
Thebæ, arum, opp. est Joniæ juxta Miletum. *Steph.*
Thebæus, a, um, à Thebis, ut Thebæorum dinastia. *Euseb.*
Thebanus, a, um, à Thebis, ut Thebana agmina. *Strab.*
Thebaides, patronym. fœmin. Ovid. *Thebaides jussis sua tempora frontibus ornat.*
Thebais, superior Ægypti pars, Æthiopiæ contermina. *Plin.* lib. 5. cap. 9.
Thebais, opus insigne Statii poëtæ in quo de Thebis agit.
Thebais, locus est juxta Pontum. *Steph.*
Thebasa, civ. est in confinio Galatiæ.
Thebetha, castellum Mesopotamiæ. *Steph.*
Thecla, nomen proprium mulieris sanctissimæ. (*Maraga.*
Thelbencane, Babyloniæ civ. juxta Euphratem. *Ptol.* Hodie
Theganusa, ins. est in sinu Laconico. *Plin.* lib. 4. cap. 12. Vulgò *Caurea.*
Thegonion, civ. Thessaliæ. *Steph.*
Theiprosopon, i, persona Dei, civ. est Phœniciæ.
Thelda, civ. est Mesopotamiæ ad Euphratem. *Ptol.*
Thelæ, arum, pop. sunt Libyæ interioris. *Ptol.*
Thelamuza, castellum est Arabiæ ad Euphratem. *Steph.*
Thelesis, Argiva mulier, quæ Argos, pop. Grçciæ à Spartanis cum cæteris mulieribus tutata est.
Thelphissa, fons est in Bœotia regione.
Thelphussa, opp. est Arcadiæ. *Plin.* lib. 4. cap. 6. (*daro.*
Thelphusium, opp. in Bœotia, ubi laudatus est Bacchus à Pin-
Themaci, gens Erechtheidos tribus. *Steph.*
Thembinadia, regio est quæ Nemea dicitur.
Thembriemos, civ. est Cariæ. *Steph.*
Themes, antiquum Cypri opp. in quo æs primo repertum, ab eoque sumpsit cognomen.
Themi, pop. sunt Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Themillas, proprium est viri apud *Virg.* lib. 9. *Æneid.*

Themis, Cœli & Terræ filia, ex qua Jupiter Minervam suscepit: habuit templum in Bœotia.
Themis alia, quæ alio nomine Carmentis dicta est. (*c.* 5.
Themiscyra, regio est Ponti Galatici in Cappadocia. *Plin.* l. 6.
Themison, medicus apud *Herod.* & *Corn. Celsum.*
Themisonii, sive Themisones, populi à Themisonio. *Plin.*
Themisonium, regio est Phrygiæ majoris. *Steph.*
Themisonium, opp. est in Phrygia majori. *Plin.* lib. 5.
Themissos, civ. est Cariæ. *Steph.*
Themissua, opp. est Africæ propriæ. *Ptol.*
Themista, dea, quæ supra Themis, consiliorum præses.
Themistius, Philosophus sub Juliano Apostata Imperatore, cujus Præfectus fuit Constantinopoli. *Suid.*
Themistocles, Atheniensis, Neoclis filius, res inclytas gessit. Vide *Plutarchum.*
Themistoclis tumulus, juxta Pyreæum. *Pausan.*
Themistogenes, Syracusanus historicus, qui Cyri expeditionem & bella, quæ in historia Xenophontis continentur, com-
Thene, civ. est Sarmatię in Palæstina. *Ptol.* (posuit. *Suid.*
Thenroniensis, mons propè Athenas. *Vitruv.*
Theoclymenus, vates, qui Ulyssis in Græciam reditum prædixit Penelopæ. *Hom. Odyss.* 17.
Theocrines, Atheniensis, qui primò tragœdiarum actor fuit: deindè calumniator & Sycophanta. *Erasm.*
Theocrites, Cretæ indigetes insulam tenuerunt. *Her.*
Theocritus, Syracusanus Poëta, scripsit carmen Bucolicum. *Suid.* Hunc Virgilius imitatus est.
Theocritus, Chius patria, scripsit historiam Libycam. *Suid.*
Theodamas, pater Hylæ fuit, quem Hercules interfecit.
Theodomanteus, a, um. Propert. *Theodamanteo proximus ardor Hylæ.*
Theodectes, Orator, Cilix genere, discipulus Platonis.
Theodectes alius, superioris filius, scripsit Encomium Alexandri Regis Epirotarum, & alia complura. *Suid.*
Theodorus, Pontifex Romanus, anno 642.
Theodorus II. Pontifex Romanus, anno 898.
Theodorus, Hybernensis Archiepiscopus, (ut patet expositione capitis si Presbyter 5. dist. 82.) à Vitaliano Papa ad Scotiam directus, scripsit librum pœnitentialem. *Sigibert.*
Theodorus, Byzantius sophista, qui à Platone vocatus est Logodędalus, nonnulla scripsit. *Suid.*
Theodorus & Teladeus, fratres Samii, sculptores celeberrimi. *Suid.*
Theodorus, Gadareus, nobilis orator Strabonis tempore.
Theodorei, dicti sunt ejus discipuli, inter quos fuit Hermagoras, qui de arte Rhetorica scripsit.
Theodorus Atheos, Zenonis auditor, de quo *Laërtius, & Suid.*
Theodosia, opp. est Tauricæ Chersonesi. *Ptol.* Hodie *Gaffa*, quod olim erat ditionis Genuensium. (pum.
Theodosius, nomen proprium duorum Romanorum Princi-
Theodosius, vir memorabilis in Bithynia. *Strab.* lib. 12.
Theodotus, Chius vir, quem Brutus Augusto inimicus interfici jussit. *Plut. in vita Pompeii.*
Theodotum alium memorat Philostratus inter Sophistas.
Theognis, Poëta Græcus, de quo *Plat. in lib. de Lege.*
Theomnestus, Cous, vir fuit clarus in administratione Reipublicæ, & Nicię tyranni æmulus. *Strab.* lib. 14. (rioris.
Theon mochima, id est, deorum currus, mons est Libyæ inte-
Theon, nomen pictoris Samii. *Quint.* lib. 12. *de Institut.*
Theon, Mathematicus, qui scripsit de Spiritibus ad Ptolemęum Astrologum. *Quint.* lib. 12.
Theon, Stoicus Antiochenus, scripsit Apologiam Socratis.
Theon, sculptor, inter quinque qui Mausoleum cælavere. *Plin.* lib. 35. cap. 11.
Theon, Poëta quidam fuit loquacissimus, & maledicus: à quo
Theonino dente rodere, proverb. in detractores & maledicos.
Theones alii commemorantur à *Suid.*
Theophanes, Mitylenæus historicus, qui Pompeii res gestas scripsit, teste *Cic. in Orat. pro Archia.* (dit.
Theophilus, Præsul Antiochenus, librum in Martionem edi-
Theophilus, Cæsareæ Palæstinæ Præsul, Severo Imperatore.

Theophilus, Præsul Alexandrinus, scripsit contra Origenem. *Suid.*
Theophilus, Præsul Antiochenus, ad quem Lucas scripsit Acta Apostolorum.
Theophilus, comicus antiquæ comediæ. *Suid.*
Theophrastus, Aristotelis discipulus & scholæ successor fuit, Peripateticorum eloquentissimus, atque doctissimus.
Theophrastus, priùs Euphrastus, deindè Theophrastus ob oris & eloquentiæ suavitatem appellatus est.
Theophrastus, divinitate loquendi nomen invenit. *Cicer.*
Theopolis, maxima Syriæ civitas, sic à Justiniano nominata post terræmotum, mutato Anthiochiæ nomine. *Steph.*
Theopompus, Chius orator & historicus, post Thucid. & Herod. *Quint.*
Theos, civitas est à Jonibus condita. *Herod.*
Thera, civ. alia Rhodi, alia Sogdianæ. *Steph.*
Thera, ins. est propè Atticam, una è Cycladibus in Ægæo, quæ priùs Callista dicebatur. *Plin.* lib. 4. cap. 12.
Thera, eadem est quæ Corsica. *Senec.* lib. 6. *natur. quæst.* Vulgò *Corcega.*
Theramenes, Atheniensis Philosophus. *Cic.* 1. *Tusc. quæst.*
Theramne, opp. in Sabinis, ex quo Actius Claudius originem (traxit.
Theramneus, a, um, idem quod è Sabinis. *Silius.*
Therapne: Lege supra in verbo Terapne sine aspiratione.
Therapne, civ. Laconiæ, patria Helenæ. *Pomp.* lib. 2.
Therapne, opp. est in Creta. *Solin.* & *Plin.*
Therasia, ins. est & civ. propè Achajam. *Plin.*
Therasia, ins. est propè Cretam. *Steph.* Vulgò *Santorni.*
Thericles, figulus Corinthius, à quo quædam vasa fictilia Theriaclea. *Suid.*
Thericles alius, sculptor insignis. *Plin.* lib. 18. cap. 40.
Theridamas, canis venaticus, quasi *ferarum domitor.*
Therimachus, nomen pictoris insignis. *Plin.* lib. 35. cap. 10.
Therinus, fluv. est Cretæ. *Diod.*
Theriomachus, filius Her ex Megara Creontis filia.
Therion, ins. est propè Rhodum. *Plin.* lib. 5. cap. 11.
Therma, nomine Myrmeca, inter Sciatum & Magnesiam.
Thermæ, arum, Siciliæ opp. *Steph.* & *Pomp.*
Thermitani, pop. sunt ejusdem Siciliæ. *Cic.*
Thermitanus, a, um, ab urbe Thermis sępè deducit *Cicer.*
Thermæ, arum, locus est in Macedonia. *Plin.* lib. 4.
Thermaicus sinus, qui adjacet Macedoniæ. *Plin.* lib. 4. Vulgò *Golfo de Salonique.*
Thermæ Stygianæ, ab Urbe in Gallias in Aureliano itinere. Vulg. *Bagni Ceretani, á veinte y ocho millas de Roma.*
Therme, es, civ. est Thraciæ. *Steph.*
Thermeusis, insula est ante Pegasicum sinum. *Plin.* lib. 4. (cap. 12.
Thermiadana, civ. est in Dalmatia. *Ptol.*
Thermodon, aut Thermodoon, ontis, fluv. est Cappadociæ. (*Ptol.*
Thermodoo, fluv. quoque est Æolidis regionis.
Thermodoontiacus, a, um. Ovid. *Thermodoontiaco cælatus baltheus auro.*
Thermopolites, pręfectura est in Ægypto. *Plin.* lib. 5.
Thermopyle, mons Phocidis, habens fauces angustissimas.
Thermos, civitacula est Ætoliæ. *Steph.*
Thermydra, portus est Rhodi ins. *Steph.*
Therne, civ. est Thracię. *Steph.* (alebat.
Therodamas, Rex Scythiæ, qui leones humano sanguine
Therodamanthus, a, um. Ovid. *Therodomantheos ut qui censere leones.*
Theromachus, statuarii egregii nomen. *Plin.* lib. 34. cap. 8.
Theron, nomen canis. Ovid. --- *& trux cum Lælape Theron.*
Thersander, Polynicis fuit ex Argia filius. *Stat.*
Thersara, civ. est Assyriæ. *Ptol.*
Thersilochus, nomen viri proprium. *Virg.* 6. *Æneid.*
Thersites, gens est Iberiæ. *Steph.*
Thersites, Grecus quidam vir, quo non deformior alter.
Theseus, Ægæi Athenarum Regis filius ex Æthra conjuge, Minotaurum in Labyrintho occidit.
Theseus, a, um. Ovid. *O mihi Thesea pectora juncta fide.*
Thesides, dicitur Hyppolytus Thesei filius.

Themosphoria, sacra sunt Cereris, quæ à nostris Cerealia dicuntur. *Herod.* lib. 2.
Thespiæ, opp. liberum Bœotiæ ad radices Parnassi Helyconi proximum, à Thespiade conditum.
Thespiæ, arum, civit. quoque est Magnesiæ. *Plin.* lib. 4. c. 9.
Thespiades, Musæ, seu Nymphæ Tespias incolentes. Ovid. *Nec me Thespiadum cætera turba juvat.*
Thespiensis, e, à Thespiis dixit *Herod.* lib. 5.
Thespiacus, a, um, à Thespiis, ut Mœnia Thespiaca. *Varro.*
Thespius, a, um, ut rupes Thespia. Cat. *in Epithalamio Juliæ.*
Tyritos, opp. est Atticæ, Acamantidos tribus. *Strab.*
Tyridates, Rex Armeniæ temporibus Neronis. *Plin.* lib. 33.
Tyrinthia, oppid. Peloponnesi Argis vicinum, in quo nutritus est Hercules. Legitur quoque Tyrins, thos. *Merul.*
Tyrinthius, a, um, à Tyrinthia: undè Hercules Tyrinthius.
Tyrissa, civ. est Æmathiæ in Macedonia. *Ptol.*
Tyrissæi, pop. sunt Macedoniæ Mediterranei.
Tyristasis, opp. est Chersonesi ad Propontidem. *Plin.*
Tyristis, opp. est Peloponnesi in sinu Argolico.
Tyristipolis, civ. est in Mysia inferiori.
Tyritacitæ, urbs Ponti: gentile Tyritacitæus. *Steph.*
Tyritæ, Græci qui incolebant juxta Tyram fluvium. *Hier.*
Tyrius, mons est Æthiopiæ. *Diod.* lib. 4.
Tyrmenii, Scythię pop. peritissimi navigandi. *Steph.*
Tyrmide, vicus in tribus Oeneide. *Steph.*
Tyro, Ciceronis alumnus & libertus fuit, ad quem plures ipsius extant epistolæ.
Tyronianus, a, um, possessivum à Tyrone. *Gel.* lib. 1. cap. 7.
Tyro, virguncula fuit Thessala Salmonei filia. *Propert.* lib. 7.
Tyrodiza, Perinthiorum ora. *Herod.* lib. 7.
Tyronia, Comitatus Ultonię, à quo Tyroniæ Comes.
Tyros, aut Tyrus, opp. est Syriæ Phœnices. *Ptol.* Vulgò *Puerto de Sur.*
Tyros, Phœniciæ Peninsula. *Plin.* lib. 5. cap. 19.
Tyros, urbs insignis mœnibus in Peloponneso. *Hom.*
Tyros antiqua, proverbium quo significamus summum malum, extremamque molestiam *Erasm. in Proverb.*
Tyrius, a, um, quod è Tyro insula, ut ostrum Tyrium.
Tyrię vestes, dicuntur Tyria purpura infecta. *Ovid.*
Tyria maria, proverbium de re tumultuosa, ac periculis plena.
Tyrrheni, pop. sunt Italię ad Meridiem.
Tyrrheni, pop. Italię, quos Romani Tuscos, ac Hetruscos (appellant.
Tyrrhenia, à Tyrreno Lydiæ Rege condita est.
Tyrrhenia, de qua Ovid.--- *concurrit Latio Tyrrhenia tota.*
Tyrrhenius, a, um. Claud. *Lydius ediderat Tyrrhenia gentis aruspex.*
Tyrrhenum mare dicitur, quod adjacet Tyrrhenis: vel à Tyrhenis nautis, qui se in hoc mare præcipitaverunt. *Serv.* in illud *Virg. Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat æquor.*
Tyrrhus, pastor, apud quem Lavinia peperit. *Virg.* lib. 7.
Tyrtæus, Poëta Græcus, de quo *Plato in lib. de Legibus.*
Tyrus, opp. juxta Libanum montem. *Plin.* lib. lib. 5. c. 20.
Tyrus, pater Didonis, qui aliis Belus vocatus est. *Just.* lib. 18.
Tysar, fluv. est Galliæ Narbonensis.
Tysias, Princeps & inventor fuit artis Rhetoricæ. *Cicer.* 1. *de Inventione.*
Tythea, uxor Noë in Arca tempore diluvii servata, Aretia, id est *Terra*, vocabatur ab Armenis, quia mater omnium erat, & Vesta, hoc est *ignis*, post mortem cognominata, quod ipsa sacrorum Regina fuerat, puellasque docuerat, sempiternum ignem sacrorum inextinctum servare. *Beros. lib.* 1. *&* 3.

Tyttygias, latro fuit, & plagiarius in Arcadia. *Erasm. in*

DE LITTERA V. (*Chiliad.*

VAbar, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Vacamana, opp. est Bæticæ. *Plin.* lib. 3. cap. 1.
Vacca alba, insula Hybernię adjacens, in Conactico mari. *Osullevanus.*
Vacca, opp. Numidarum, forum rerum venalium celebre.
Vacca, fluv. est Lusitaniæ in Hispan. *Plin.* lib. 4. cap. 22. Vulgò *Voga.*
Vaccæi, pop. sunt Hispaniæ citerioris. *Plin.* lib. 4. cap. 20.
Vaccenses, à Vacco deduxit *Salust.* Vaccenses fatigati, &c.
Vaccus, dux Fundanorum in Privernati bello. *Liv.* lib. 8.
Vacomagi, pop. sunt Britanniæ ins. *Ptol.*
Vacontium, opp. est Pannoniæ inferioris. *Ptol.*
Vacorium, opp. est Norici. *Ptol.* Hodie Villacum.
Vacuna, dea quæ præerat otiosis, & Vacantibus. *Fest. & Ovid.* lib. 6. *Fastor.* (quiescebant.
Vacunæ sacrificabant agricolæ, quum post collectas fruges
Vada, nomen retinet inter Volaterras & Pisas. *Joann.*
Vadata, civ. est in Cappadocia. *Ptol.*
Vaddasi, pop. sunt Mediæ. *Ptol.*
Vadeeni, pop. sunt Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Vadicassi, pop. sunt Galliæ Lugdunensis. *Ptol.*
Vadimonis, lacus est Umbriæ in quo fluctuat ins. *Plin.* lib. 2. cap. 95. Vulgò *Lago de Bassanello.*
Vadomion, urbs inter Syriam & Armeniam. *Steph.*
Vaesapa, civ. est Armenię minoris. *Ptol.*
Vafriæ, quod & Acerrę, opp. est Latii, quod interiit.
Vaga, opp. est Cirtesiorum in Africa. *Ptol.*
Vagæ, arum, opp. est Mauritaniæ Cęsariensis. *Ptol.*
Vageni, pop. sunt Ligures Cisalpini. *Plin.* lib. 3. cap. 20.
Vagense, opp. est Africæ propriæ. *Plin.* lib. 5. cap. 4.
Vaguritum, opp. est Galliæ Lugdunensis. *Ptol.*
Vagum, promont. est Corsicæ insulæ. *Ptol.*
Vala, opp. est in Thracia. *Ptol.*
Vala, opp. est Mauritaniæ Tingitanæ. *Ptol.*
Valasca, Bohemorum Regina fuit, cujus ductu regni illius mulieres viros occiderunt. *Volater.*
Valentia, opp. est Provinciæ Narbonens. *Ptol.* Vulgò *Valence.*
Valentia, Banasa cognominata, oppidum est Mauritaniæ.
Valentia, civ. est Hisp. citerioris. *Plin.* lib. 3. cap. 3. *Ptol.* lib. 2. cap. 6. & *Mela.* lib. 2.
Valentini, pop. sunt Hispaniæ citerioris.
Valentinum, quod Perosulum, opp. est Calabriæ.
Valentinus, Pontifex Romanus, anno 827.
Valentinus, hæreticus quidam, anno salutis 142.
Valeria, via celebris est in Italia. *Strab.* lib. 5.
Valeria, civ. est Sardiniæ insulę. *Ptol.*
Valeria, civ. est Celtiberorum in Hisp. *Ptol.* Vulgò *Cuenca.*
Valeriense, pop. sunt ab utraque Valeria. *Plin.* lib. 3. c. 3.
Valerii, priùs Valesii sunt appellati: sicut Furii, Fusii. *Quint.*
Valerius, Martyr, Hyberniæ Rex, & unus ex Collegio Ursulanarum virginum. *Ocabasa vindicat.* 4. cap. 9.
Valerius, L. Valesii filius, à Romanis Publicola appellatus, de Vejentibus, & Sabinis triumphavit.
Valerius alius, M. Publicolæ frater, Consul cum Posthumio Tuberto, Sabinos devicit.
Valerius Corvinus, Tribunus militum, qui reliquias Gallorum Senonum vicit. *Liv.* lib. 7.
Valerius Levinus, Consul, cum Pyrrho prælio in Lucania congressus infœliciter pugnavit.
Valerius Levinus alius, qui contra Philippum Regem Macedoniæ fœliciter bellum gessit. *Liv.* lib. 7. *de bel. Punic.*
Valerius Flaccus, qui Consul fuit cum Catone. *Liv.*
Valerius Soranus, Poëta, quem Cicero doctissimum togatorum appellat, interfectus à Pompejo. *Plutarc.*
Valerius Antias, antiquissimus scriptor historiæ, sæpè testis citatur ab authoribus *Livio*, & aliis.
Valerius Procillus, militavit sub Cęsare in Gallia. *Cæsar.*
Valerius Maximus, scripsit dicta ac facta memorabilia ad Tiberium Cæsarem.
Valerius Flaccus, Poëta, scripsit Argonautica. *Quint.*
Valerius Martialis, Epigrammaton scriptor.
Valgius, Apollodori discipulus. *Quint.* lib. 5. cap. 5.
Valina, opp. est Pannoniæ superioris. *Ptol.*
Vallæ, arum, civ. est Pieriæ in Macedonia. *Ptol.*
Vallei, pop. sunt Macedoniæ mediterranei.
Vallonia, dea putabatur, quæ vallibus præerat. *Sipont.*
Valon, fluv. est Mauritaniæ Tingitanæ. *Ptol.*
Vama, civ. est in Hispania. *Ptol.*
Vamacures, pop. sunt Africę propriæ.
Vamicela, civ. est Mauritanię Cæsariensis. *Ptol.*
Vamultæ, pop. sunt Galliæ Aquitanicæ.
Vanaceni, pop. sunt Corsicæ insulæ. *Ptol.*
Vandali, pop. fuerunt qui invaserunt Europam.
Vandali Hispaniam penetrantes, Bæticam ab ipsis occupatam Vandaliam nominarunt. Vulgò *Andalucía.*
Vandalia, Regio Europæ, à Vandalo fluvio qui regionem præterfluit, appellantur: à qua regione Vandali populi.
Vanduata, civ. est Britanniæ insulæ. *Ptol.*
Vangiones, pop. sunt Galliæ Belgicæ. *Plin.* lib. 4. cap. 17. Vulg. *Los de Spira en Alemania.*
Vanneres, pop. sunt Galliæ Lugdunensis. *Plin.* lib. 4.
Varadanus, fluv. est Sarmatiæ in Europa. *Ptol.*
Vardæi, pop. sunt Liburniæ. *Plin.* lib. 3. (cap. 3.
Varduli, pop. sunt Hispaniæ, conventus Cluniensis. *Plin.* lib. 3.
Varia, opp. Hisp. citerioris. *Ptol.*
Varia Apula, opp. est Apuliæ. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Varica, civ. est Iberiæ regionis Asiæ. *Ptol.*
Varicum, vel Avaricum, opp. est Aquitaniæ mediterraneum.
Varinates, pop. sunt Sabinorum in Italia.
Variunæ, arum, pop. sunt Germaniæ.
Varius, Poëta tragicus, unus ex his quibus Æneis Virgilii commissa est emendanda.
Varramus, fluv. est Venetæ regionis. *Plin.* lib. 3. Vulg. *Colore.*
Varro, Poëta satyræ, scriptorum peritissimus. *Quint.*
Varveria, civ. est Liburniæ. *Ptol.* (lib. 4.
Varus, fluv. qui est terminus inter Galliam & Italiam. *Strab.*
Varus, locus in Hispania. (*Ausonium.*
Vasatæ, urbs est Galliæ Narbonensis. Vulgò *Basas. Paul. ad*
Vasarii, pop. sunt Galliæ Aquitanicæ. *Ptol.*
Vasbaria, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Vascones, pop. sunt Pyrenæi montis accolæ. *Plin.* lib. 3. Vulg. *Los del Reyno de Navarra.* (c. 4. & *Pomp.* l. 2.
Vasio, nis, opp. Vocontiorum in Gallia Narbonensi. *Plin.* l. 3.
Vates, pop. sunt Galliæ. *Strab.* lib. 4.
Vaticanus. mons sive collis est propè Tiberim in urbe Roma. Vulgò *Borgo nuevo, & Borgo viejo.*
Vaticanus dictus, quòd eo potitus sit populus Romanus vatum responso. (*Gell.*
Vaticanus ager, & deus agri præses, dicebatur à vaticiniis.
Vaticanus est supra molem Adriani, conterminus Janiculo, in quo S. Petri Basilica est.
Vatinius, vir primò Ciceroni adversus, posteà ita amicitia pręvaluit, ut duobus judiciis ab eo defensus sit.
Vatinianus, a, um, ut carmina Vatiniana. *Catull.*
Vatinianum odium, pro capitali ac vehementer acerbo.
Vatrenus, fluv. est in Padum defluens. *Plin.* lib. 3. cap. 16.
Vatuca, castellum est in finibus Eburorum.

U ANTE B.

Uba, opp. est Africæ sub Adrumetto. *Ptol.* (*de Colonia.*
Ubii, pop. sunt Galliæ Belgicæ ad Rhenum. *Plin.* Vulgò *Los*
Ubisci, cognomine Sesignani, pop. sunt Galliæ Aquitanicæ.
Ubriex, civ. est Libyæ interioris. *Ptol.*

U ANTE C.

Uca, civitas est in Media. *Ptol.*
Ucalegon, nobilis Trojanus, qui ob senium armis abstinebat tempore Trojani belli. *Hom.* 13. *Iliad.*
Ucena, civ. Trocmorum in Galatia. *Ptol.*
Ucenni, pop. sunt in Alpibus. *Plin.* lib. 3. cap. 20.
Ucia, Turdetanorum oppidum in Bætica. *Ptol.*
Ucitanum majus, & minus, oppida sunt Africæ. *Plin.*

Ucul-

Ucultinianum, quod & Turiga, opp. est Bæticæ.

U ANTE D.

Udacepsis, mons est Armeniæ majoris. *Ptol.*
Udini, pop. sunt Scythiæ ad Mœotidem. *Plin.* lib. 6. cap. 14.
Uditta, opp. est Africæ inter Syrtes.
Udura, civ. est Jaccetanorum in Hispania. *Ptol.*

V ANTE E.

Veamini, pop. sunt in Alpibus. *Plin.* lib. 3. cap. 20.
Vectis, ins. est in Oceano Britannico. *Ptol.* Vulg. *Wicith*, in qua opp. *Calbortk*, & *Neuport*.
Vectones, pop. sunt Hisp. citerioris. *Plin.* lib. 3.
Vedra, fluv. est Britanniæ insul. Vulgò *Were*.
Vedui, pop. sunt in Hispania.
Vegeti, Asiæ pop. Cappadocibus, & Armeniis vicini. *Pomp.*
Vegetius Flavius Renatus scripsit de re militari. *Volat.*
Vegium, opp. est in Illyrico. *Plin.* lib. 3. cap. 1.
Veja, venefica quædam mulier, cujus meminit *Horat.*
Vejens, civ. est in Tuscia, à Tuscis Larthenianum dicta.
Vejens, opp. ab Enianis Pelasgis conditum fuit, & ab ipsorum nomine Enianum appellatum est, posteà Hetrusco vocabulo Larthenianum dictum.
Vejentani, pop. sunt Hetruriæ. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Vejentanus, a, um, à Vejento, unde Vejentanum vinum.
Vejos dicimus urbem in Hetruria, quam Camillus cepit.
Veji, orum, sive Vejentes, pop. fuere propè Romam. *Plin.* lib. 4. cap. 17.
Vejovis, deus quidam dicebatur, cui dempta ac detracta esset juvandi facultas. *Gell.* lib. 5. cap. 12.
Veilumbra, vetusta est Vejorum proles. *Cato in Orig.*
Veilumbra itaque dicitur, quasi *vera antiqua Umbria.*
Veilabrum, alveus per quem fluebat Tiberis. *Joann. Ann.*
Velabrum, locus Romæ juxta Aventinum, quod ratibus, ac velis eo veherentur triumphantes Romani cum pompa. *Suet.*
Velauni, pop. sunt Galliæ Aquitanicæ. *Ptol.*
Velauni, pop. sunt in Alpibus positi. *Plin.* lib. 3.
Velaunodunum, opp. est Gallorum Senonum.
Velia, civ. est Caristorum in Hisp. *Ptol.*
Veliares, pop. Liguriæ Cisalpini. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Velienses, pop. sunt Hispaniæ citerioris. *Plin.* lib. 3.
Velia, opp. est Lucanię in Italia ad mare situm. *Donde hoy se vé Torre de mar de la Bruxea*, *en Basilicata.* Virg. 6. Æneid.
Velienses, pop. ab oppido Latii, quod interiit. *Plin.*
Velia, civ. in Aquitania. *Strab.*
Velia, opp. est Calabriæ, quod prius Elea à paludibus dictum.
Velina, regio in Urbe, Palatino monti conjuncta.
Velina dicta, quasi *vellina*, quod ibi pastores palatini vellere lanam sint soliti. *Plin.* lib. 13. cap. 12.
Velinus lacus, ponitur in Italia. *Plin. ibidem.* Vulgò *Lago de pie de Luco.*
Velitre, arum, civ. est Volscorum in Italia. *Plin.* Vulgò *Belitre.*
Veliterni, pop. sunt Italiæ à Velitris. *Plin.* lib. 3.
Vellanis, civ. est Mysiæ superioris. *Ptol.*
Vellares, pop. sunt Galliæ Aquitanicæ. *Plin.* lib. 4.
Vellegii, pop. sunt Libyæ interioris.
Velliacollis, pars est Palatini montis Romæ. *Semp.*
Vellica, Hisp. civ. est. Vulgò *Victoria.*
Velocasses, pop. sunt Galliæ Lugdunensis. *Plin.* lib. 4. c. 18.
Velocasses, pop. Galliæ Belgicæ. *Cæs. in Comm.*
Veltæ, pop. sunt Sardiniæ in Europa. *Ptol.*
Veluca, civ. est in Hisp. *Ptol.*
Venafrum, colonia est Romanorum in Campania. *Plin.* Vulgò *Venafri en Abruzo.*
Venafranus, a, um, à Venafro, ut Oliva Venafrana. *Hom.*
Venani, pop. sunt Galliæ Aquitanicæ. *Plin.* lib. 4.
Venaria, ins. est in mari Tusco. *Plin.* lib. 3. cap. 6.
Vendelia, civ. est Autrigonum in Hisp. *Ptol.*
Vendenis, civ. est in Mysia superiori. *Ptol.*
Vendiarii, pop. sunt in Alpibus siti. *Plin.* lib. 3.
Vendum, opp. est juxta Alpes positum. *Strab.* lib. 4.
Veneca, civ. est Mediæ mediterranea. *Ptol.*
Venedici, montes sunt in Sarmatia Europæ. *Ptol.*
Venedicus, sinus est in eadem Sarmatia. *Ptol.*
Veneliocasi, pop. sunt Galliæ Lugdunensis. *Ptol.*
Veneliocasios, inter Arnios & Samnites ponit *Ptol.*
Venelli, pop. sunt Gallię Lugdunensis. *Ptol.*
Veneria, opp. Bæticæ, quod alio nomine Nebrissa. Vulgò *Lebrija.*
Veneris ins. Cyrenaicæ regioni adjacet. Vulgò *Isla del Patriarca.*
Veneris templum, locus in Galliæ & Hispaniæ confinio, inter Pyrenęi promontoria, qui etiam Aphrodisium, & Veneris portus dicitur. *Pomp. Ptol. & Strab.* Vulg. *Cabo de Cruz.*
Veneti, pop. sunt Galliæ Lugdunensis. *Plin.* lib. 4.
Veneti, pop. sunt Italiæ in regione Veneta, Trojana stirpe orti, quorum regio
Venetia dicitur, Adriatico mari opposita, & omnis ora circum sinum maris post Istriam usque ad ostia Padi. Vulg. *Marca Trevisiana.*
Venetiæ, arum, civ. insignis in mari Adriatico. Vulg. *Venecia.*
Venetus, a, um, quod à Venetiis est.
Venetiæ, alia civitas Galliæ, quam Britones incolunt. *Cæs.* Vulgò *Vannes.*
Venetulani, pop. ab oppido Latii, qui interiit. *Plin.*
Venetus lacus, quem Rhenus fluv. facit. *Pomp.*
Venilia dicta est Neptuni uxor, quod ad littus veniat. *August.* 7. *de Civ. Dei.*
Venilia, Nympha fuit, uxor Fauni, & soror Amatæ Latini regis conjugis, mater Turni. *Virg.* lib. 10. *Æneid.*
Venitium, opp. Corsicæ insul. *Ptol.*
Vennenses, pop. sunt Hisp. citerioris. *Plin.* lib. 3.
Vennotes, pop. sunt Alpini in Rhætia. *Plin.* lib. 3. cap. 20.
Venonius, historicus, cujus meminit. *Cic.* lib. 1. de Legib. Hujus historiam se non habere dolet idem *Cicer. ad Atticum.*
Venta, nomen duarum civitatum in Britannia. *Ptol.*
Venulus, Turni legatus ad Diomedem. *Virg.* lib. 8. *Æneid.*
Venus, eris, dea putata est amorum, gratiarum, voluptatum omnium, dicta à veniendo, quòd ad omnia veniat. *Cicer.*
Veneres, plures fuisse declarat *Cic.* lib. 3. *de Natur deor.*
Venus prima, è Cœlo & Die nata, cujus in Elide delubrum, quæ ex Bacco Cupidinem, & Gratias genuit.
Venus alia, de spuma procreata, ex qua Mercurius Cupidinem suscepit.
Venus tertia, ex Jove & Junone nata, quæ Vulcano nupsit.
Venus altera, Syria Cyroque concepta, quæ Adonidi nupsit.
Venus, aliquandò pro libidine ponitur. *Terent.* Sine Cerere & Baccho friget Venus.
Venus, pro amica. Virg. *Parta meæ Veneri sunt munera*, *&c.*
Venus, pulchritudo, venustas, ornatus, elegantia dicitur. *Quint.* lib. 6. cap. 4.
Venus, à Græcis Aphrodites dicitur, *ab aphros* spuma, quoniam ex Saturni testibus & maris spuma nata sit.
Venereus, a, um, quod ad Venerem pertinet.
Venusia, opp. est Dauniorum in Italia, Horatii poëtæ patria. *Plin.* Vulgò *Venosa en tierra de Bari.*
Vera, colonia Tusca, à qua Veronenses dicti. *Cato.*
Veramundus, Hispanorum Rex, regnavit annis 11. anno salutis 779.
Verbanus, lacus est in radicibus Alpium. *Plin.* lib. 3. Vulgò *Lago Mayor.*
Verbibæ, pop. sunt Mauritaniæ. *Ptol.*
Vercellæ, arum, opp. est in regione Italiæ Transpadanæ, Taurinis vicina. *Plin.* lib. 3. cap. 17.
Veremundus, Ordonii filius, regnavit annis 7, anno salutis 957.
Verentani, pop. sunt Salentinorum in Italia. *Ptol.*
Verentum, opp. est Salentinorum in Italia. *Ptol.*
Verestis, fluv. est Italiæ. *Strab.* lib. 5.
Vergilia, civ. est Batistanorum in Hisp. *Ptol.*
Vergiliæ, septem stellę sunt inter os Tauri & Arietis caudam sitæ, teste *Hyginio* lib. 2. de Signis Cœlestibus, quæ & Plejades dicuntur.
Vergilius Maro, sive Virgilius, Latinorum Poëtarum præstantissimus.

Verginius, Oceanus propè Hyberniam, & Britanniam. *Ptol.*
Vergobietus, summus erat apud Heduos Magistratus. *Cæs. bell. Gall.* lib. 1.
Vergumi, pop. sunt Alpini. *Plin.* lib. 3. cap. 20.
Verimus, mons est. *Strab.* lib. 14.
Vernia, unum ex Hyberniẹ nominibus. *Eustathius.*
Vero, fluv. est Celtiberiæ, à quo Verones populi dicti.
Veromandui, pop. sunt Galliæ Belgicæ. *Plin.* lib. 4. cap. 17.
Verona, civ. Venetiæ à Gallis condita dicitur, Duce Brenno, à quo Brennona priùs, deinde mutatis litteris Verona dicta.
Veronam, magna ex parte alluit Athesis fluvius amœnissimus.
Veronenses, à Vera colonia dicti sunt. *Cat. in Originibus.*
Verra, ara fuit Romæ, ad quam orabant, ne Agrippæ nascerentur. (quæ Verrinæ appellantur.
Verres, vir Romanus, contra quem Cicero orationes habuit,
Verrea, orum, festa sive sacra à Verre instituta. *Cicer.*
Vertacomorus, pagus est Vocontiorum. *Plin.* lib. 3. cap. 17.
Vertina, civ. est Italiæ. *Strab.* lib. 6.
Vertobriga, civ. est Bæticæ. *Plin.* lib. 3. cap. 1.
Vertumnus, deus habitus est in Latio, in omnes sese vertens formas, qui putabatur præesse rebus vertendis. Vide *Ovid.* lib. 14. *Metam.* & *Acron. in Horat.* lib. 2. *Serm.* (se Octobri.
Vertumnalia, seu Vertunalia, festa Vertumni, quæ fiebant men-
Verucini, pop. sunt Provinciæ Narbonensis. *Plin.* lib. 3.
Verves, pop. sunt Mauritaniæ Tingitanæ. *Ptol.*
Vervini, pop. sunt Corsicæ insulæ. *Ptol.* Melius Cervini.
Verulani, pop. sunt Italiẹ. *Plin.* l. 3. c. 5. Vulg. *Los de Verulo.*
Veruni, pop. sunt Galliæ Belgicẹ. *Plin.* lib. 4. cap. 17.
Verurium, civ. est Hisp. in Lusitania. *Ptol.*
Verusi, pop. sunt Alpium incolæ. *Plin.* lib. 3. cap. 20.
Vesaspa, civ. est Mediæ regionis. *Ptol.*
Vesbius, sive Vesuvius, aut Vesevus, mons est Campaniæ. Vulgò *Monte de Soma.*
Vesbola, opp. est antiquum Italiæ. *Dionys. Halicarn.*
Vescetra, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Vesci, quod & Faventia, opp. est Bæticæ. *Plin.* lib. 3. cap. 1.
Vesevus, qui & Vesuvius, mons est Campaniæ propè Neapolim, celebris incendiis, & Plinii morte. *Mart.* lib. 4. *Valerius Flaccus*, lib. 3. *Argonaut.* Vesubium vocant. Vulgò *Monte de Soma.*
Vesionicates, pop. sunt Umbriæ in Italia. *Plin.* lib. 3. cap. 14.
Vesontium, opp. est Galliæ Belgicæ. Vulgò *Besanzon.*
Vespasianus, Imperator Romanus, de quo abundè *Sueton.*
Vesper, sidus quod alio nomine Venus dicitur, & Lucifer. *Plin.* lib. 2. cap. 8. & *Horat.* 2. *Carm. Oda.* 9.
Vesperies, opp. est Hispan. citerioris. *Plin.* lib. 4. cap. 20.
Vessetini, pop. sunt Hetruriæ in Italia. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Vessones, pop. sunt Galliæ Belgicæ. *Ptol.*
Vestæ duæ memorantur, una Saturni mater, altera filia. *Serv.*
Vesta, terra dicitur, quod omnibus rebus vestiatur; vel quod terra *vi* sua *stet. Ovid.* lib. 6. *Fastorum.*
Vesta ponitur aliquando pro igne. *Ovid.*
Vestales virgines, sacerdotes Vestæ, quarum cura præcipua ignem erat conservare inextinctum. *Liv.*
Vestuni, pop. sunt Italiæ, Sabinis, & Picentibus vicini. *Plin.*
Vésulus, fluv. est ex Alpibus erumpens.
Vésulus, mons Liguriæ juxta Alpes. *Virg. Æneid.* lib. 10. Vulg. *Monte Veso, en Lombardía.*
Vesuna, opp. est Galliæ Aquitanicæ. *Ptol.*
Vesuni, pop. sunt Mauritaniæ Tingitanæ.
Vesuvius, mons idem qui suprà Vesevus.
Veterra, quæ posteà Aquisgranum, opp. est Galliæ Belgicæ. Vulgò *Aquisgran. Aix.*
Veterri, cognomine Veliates, pop. sunt Italiæ. *Plin.*
Vetia, civ. est in Illyride sive Liburnia.
Vetilium, opp. est Africæ. *Ptol.* Melius Vepellium. (*Plin.*
Vetiolum, quod Turocelo, oppid. Umbriẹ, quod interiit.
Vetionenses, pop. sunt Umbriæ. *Plin.* lib. 3. cap. 14.
Vettones, qui & Vetones, & Vectones dicuntur, pop. sunt Hispaniæ, Carpetanis ad Occasum proximi. *Plin.* lib. 2. cap. 3. & lib. 25. cap. 8. & *Lucan.* lib. 4.

Vetulonia, opp. est Hetruriæ in Italia. Vulgò *Viterbo.*
Vetulonia, quarta pars est Tetrapolis Hetruriæ. *Myrsil.*
Vetulonienses, pop. à Vetulonia dicti.

U ANTE F.

Ufens, fluv. Campaniæ non longè à Terracina in Tyrrenum mare fluens. *Plin.* lib. 3. cap. 5. *Virg.* 7. *Æneid.* Vulg. *Fanto.*
Ufens, Æquicolarum dux fuit, qui cum Turno ad versus Æneam suppetias ferret, à Gya Trojano est interfectus, de quo *Virg.* lib. 7. & 12. *Æneid.*
Ufentinus, a, um, ut Ufentina tribus. *Liv.* lib. 9. *ab Urbe.*

U ANTE G.

Ugia, civ. est Turdulorum in Hisp. *Ptol.*

V ANTE I.

Via, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Via, fluv. est Hispaniæ Tarraconensis in tractu Gallẹcorum Lucensium. *Ptol.* & *Pomp.*
Via sacra, Romæ erat, ubi poma vendebantur.
Via Consularis, Regia, Militaris, Prẹtoria, Græcè Platea.
Via Ostiensis, Romæ erat, ubi sepultus est Paulus. *Hier.*
Via triumphalis Romæ, juxta quam sepultus Petrus Apostolus in Vaticano.
Via latior in urbe platea dicitur; sicut angustior angiportus.
Viadus, fluv. est Germaniæ magnæ. *Ptol.* Vulgò *Odera.*
Viana, civ. est in Rhætia. *Ptol.* & *Plin. Hermolaus* tamen eandem putat esse cum Viena Austria.
Vibali, opp. Hispaniæ conventus Braccarensis. *Plin.* lib. 4.
Vibarnates, pop. sunt Hirpinorum in Italia. *Plin.* lib. 3.
Viberi Lepontii, pop. sunt Alpini. *Plin.* lib. 3. cap. 20.
Vibii Forum, Corinthiæ urbs. Vulgò *Villaco.*
Vibiones, pop. sunt Sarmatiæ in Europa. *Ptol.*
Vibius Virius, vir Romanus, actor Capuanæ defectionis à Romanis ad Annibalem. *Liv.*
Vibius Crispus, vir ingenii rotundi & elegantis. *Quint.*
Vibon, onis, opp. est in agro Brutiorum, priùs à Locris ædificatum, & Hippon vocatum. *Pomp.*
Vibonensis sinus, ab eodem Vibone opp. Vulgò *Golfo de Santa Eufemia en Calabria.* (*Vicenza.*
Vicentia, opp. est Venetæ regionis. *Plin.* lib. 3. cap. 19. Vulgò
Vicenses, pop. sunt Hispaniæ citerioris. *Plin.* lib. 3. cap. 3.
Victor, Pontifex Rom. anno 192.
Victor II. Pontifex Rom. anno 1054.
Victor III. Pontifex Rom. anno 1086.
Victoria, dea quam Vetustas pennatam, & aligeram pinxit. *Auson.* & *Prudent.*
Victoria, portus est Juliobrigensium in Hisp. *Plin.* lib. 4.
Vicus, locus est in Rhætia. *Ptol.* (runt. *Fest.*
Vicus Tuscus, Romæ est, sic dictus quòd ibi Tusci habitave-
Vicus Patritius Romæ, ita dictus quod ibi Patritii habitavêre.
Vicus Junonius Romæ, quia ibi ara Junonis fuerat. *Fest.* (*Fest.*
Vicus sceleratus Romæ ubi Servii filia patrem conculcavit.
Vidua, fluv. est Hyberniæ ins. *Ptol.*
Viducasses, pop. Galliẹ Lugdunensis. *Ptol.*
Vienna, civ. Austriæ inter omnes quas Danubius alluit clarissima, quam Plinius Vianam nominasse videtur, l. 3. c. 24.
Vienna, urbs est Allobrogum propè Lugdunum in Delphinatu. *Pomp.* & *Plin.* lib. 3. cap. 4.
Vigedrum, prom. est Britanniæ. *Ptol.*
Vigilius, Pontifex Romanus, anno 540.
Vigisonus, lacus est in agro Patavino. Vulgò *Pieve di Scioceo.*
Villicio, opp. in Lepontiis Alpibus. Vulgò *Bellizona.*
Viminacium, regio est in Mysia superiori. *Ptol.*
Viminalis, mons Romæ, quòd ibi viminum sylva fuerit, vel à Jove viminio, quòd ibi ejus aræ sint.
Viminalis via, quæ ad Viminalem collem ducebat.
Vincela, civ. est Pisidiæ in Pamphylia. *Ptol.* (*Vicenza.*
Vincentia, urbs Venetæ regionis, quæ suprà Vicentia. Vulgò
Vinius, mons est in Cantabria. *Flor. de Bell. sub Augusto.* Vulgò *Montes de Occa.*
Vindelici, pop. sunt Germaniæ Rhætiis vicini.
Vindelicia, Provincia Europẹ inter Rhẹtiam & Noricum. *Aquella parte de Bavaria, que se halla entre los rios Eno, y Lyco.*

Vin-

Vindemiator sidus cœleste quod tertio Nonas Martii appa-ret. *Plin.* (Vulgò *Viena.*

Vindebona, vel Juliobona, civitas Pannoniæ primæ caput.

Vindinates, pop. sunt Umbriæ in Italia. *Plin.* lib. 3. cap. 14.

Vindius, insignis mons Tarraconensis Hispaniæ, apud *Ptol.* lib. 2. cap. 6. Fortè idem qui supra Vinius cognominatur.

Vindogamus, civ. est Galliæ Narbonensis. *Ptol.* (*Floro.*

Virbius, Hippolitus dictus, quod vir bis fuerit. *Serv.*

Virdubesca, Hispaniæ citerioris civitas in tractu Autrigo-num. *Ptol.* lib. 2. cap. 6.

Virgao, quæ Alba, opp. est Bæticæ. *Plin.* lib. 3. cap. 1.

Virgentum, quod Julii genitor, opp. est Bæticæ. *Plin.* lib. 3.

Virgi, opp. Hisp. in sinu quem Virgitanum vocant. *Pomp.*

Virgilius, vide supra Vigilius.

Virgilius, cognomento Solivagus, Regis Hyberniæ filius, Episcopus Salsburgensis, & Apostolus Carinthiæ, scripsit ad Zachariam Papam librum unum, obiit anno 784.

Virgilius Maro, Mantuanus, Poëtarum Latinorum Princeps.

Virgilienses, pop. sunt Hispaniæ citerioris. *Plin.* lib. 3.

Virgitani, pop. sunt Hispaniæ à Virgi oppido.

Viriatus Lusitanus, è pastore venator, è venatore latro, mox dux exercitus, totam Lusitaniam occupavit.

Viribalum, opp. est Corsicæ ins. *Ptol.*

Viritium, opp. est Germaniæ magnæ. *Ptol.*

Viroconium, opp. est Britanniæ ins. Vulgò *Vigornia Worceter.*

Virucinates, pop. sunt Alpini. *Plin.* lib. 2. cap. 20.

Viruni, pop. sunt Germaniȩ magnæ.

Virunum, opp. est in Norico. *Ptol.*

Virutium, opp. est Germaniæ magnæ. *Ptol.*

Visburgi, pop. sunt Germaniæ magnæ. *Ptol.*

Visenus, fons est in Ligurum finibus. *Solin.*

Visontium, opp. est Pannoniæ superioris. *Ptol.*

Visontium, Pelendonum opp. in Hispania Tarraconensi. *Ptol.*

Vistula, fluv. est Germaniæ. *Ptol.* Vulgò *Wixel.*

Visurgis, fluv. est Germaniæ. *Pomp.* lib. 3. Vulgò *Weser.*

Vitaca, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*

Vitalianus, Pontifex Romanus, anno 655.

Vitallis, nomen Viri proprium.

Vitella, opp. est Italiæ: gentile Vitellinus. *Steph.*

Vitellius, Romanorum Imperator, cui Vespasianus succes-

Vitis, fluv. est Italiæ. *Plin.* lib. 4. cap. 15. (sit. *Suet.*

Vitisator, dictus est Saturnus.

Vitulia, dicta est Italia. *Dionys. Halicarn.*

Vitunus, deus antiquis erat, qui credebatur vitam largiris ut Sentinus sensum. *Cæl. Rhodig.*

Viventani, pop. sunt Umbriæ in Italia. *Plin.* lib. 3.

U ANTE L.

Ulbanectes, pop. sunt Galliæ. *Plin.*

Ulcinium, opp. est Dalmatiæ. *Ptol.*

Ulia, opp. est Hispaniæ propè Cordubam. *Cæsar.*

Ulibiliani, pop. sunt Mauritaniæ Tingitanæ. *Ptol.*

Ulius, Apollo dicebatur, quod salubritatis esset auctor.

Ulpia, civ. est Germaniæ inferioris. *Ptol.*

Ulpianum, opp. est in Dacia. *Ptol.*

Ulpianum, opp. est Mysiæ superioris. *Ptol.*

Ulpianus, Jurisconsultus fuit, Adriani Imperatoris scriniorum magister, in Gallia interfectus. *Volat.*

Ultanus, Abbas Sanctimonia clarus, Hyberniȩ Regis filius, & frater SS. Foilani, & Fursei. *Plautus.*

Ultonia, una ex Hyberniæ Provinciis, in qua est illud admirabile S. Patritii Purgatorium, Principum virorum nobilitate, & fortitudine conspicua. *Ocabasa vindicat.* 2. cap. 1.

Ulubrȩ, arum, vicus in Italia, in quo nutritus est Cæsar Augustus. *Porphyrio in Horat.* lib. 1. Epist.

Ulysses, filius fuit Laërtæ, Rex Ithacæ & Dulichi insularum: undè & Laërtius & Dulichius cognominatus est.

Ulysses, Græcorum omnium qui ad Trojam venerunt erat sapientissimus. (*in Odyssea.*

Ulyssis vitam, & res omnes in vita gestas describit *Homerus*

Ulyssipo, sive Ulyssipona, civ. est Lusitaniæ Metropolis. Vulgò *Lisboa.*

Ulyssiponam, tradit vetustas ab Ulysse conditam.

Ulyssiponensis, e, ut Ulyssiponense promont. *Plin.* lib. 4.

U ANTE M.

Umbranici, pop. sunt Provinciæ Narbon. *Plin.* lib. 3.

Umbria, regio est Italiæ. *Plin.* lib. 3. cap. 14. Vulg. *El Ducado de Spoleto.* (brosa sit.

Umbria, regio dicta, quod propter vicinitatem Apenini um-

Umbri, pop. sunt in eadem regione, omnium Italiæ populorum antiquissimi.

Umbri, suprà Tuscos sunt. *Ptol.*

Umbricum, opp. Italiæ ab Umbris conditum.

Umbro, onis, fluv. est Hetruriæ in Italia. *Plin.* lib. 3. Vulgò *Ombrone.*

Umbro, qui & Lambrus, fluv. est navigabilis Italiæ.

Umbro, mons est in Cassiano itinere ab Urbe in Gallias.

Umbronus ager, ubi Umbri orti, qui posteà Hetruscus dictus.

U ANTE N.

Una, fluv. est Mauritaniæ Tingitanæ. *Ptol.*

Undalus, civ. est Provinciæ Narbonensis. *Strab.*

Undo, fluv. est Sarmatiæ Asiaticæ. *Ptol.* Melius Udo.

Unnidum, opp. est Hipaniæ. *Ptol.*

Unni, pop. Cronio mari vicini: vide Hunni.

Unzela, civitas est Pisidiæ in Pamphylia. *Ptol.*

V ANTE O.

Voberta, villa amœnissima juxta Bilbilim, & Salonem fluvium. *Mart.*

Vobrix, opp. est Mauritaniæ Tingitanæ. *Ptol.*

Vocates, pop. sunt Galliæ Aquitanicæ.

Voconii, & Vocontii, pop. sunt Galliæ Narbonensis. *Pomp.* l. 2.

Vocontius, a, um. Sil. --*jam rura Vocontia carpit.*

Vodona, civ. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.* Melius Sudona.

Vogesus, mons in finibus Lingonum, à quo Mosa fluv. profluit. Vulgò *Monte de Voze en Lorena.*

Vogisonus, vel Vogisolus, lacus in agro Patavino.

Vol, opp. Africæ inter Bragadam, & Tritonem. *Ptol.*

Volana, ostium est Padi fluminis. *Plin.* lib. 3. cap. 16.

Volaterræ, una ex tribus urbibus, quas Janus ad littus Hetruscum posuit. *Cat.* (cinam fluvium.

Volaterræ, seu Volaterrana vada, Hetruriæ oppidum ad Ce-

Volaterrani, pop. sunt Hetruriæ, illius urbis incolæ. *Plin.*

Volcæ, pop. sunt Provinciæ Narbonensis.

Volcanarum stagna, in Provincia sunt Narbonensi ultra Rhodanum.

Volcatius Consul, impediit ne Catilina ob accusationem Repetundarum, peteret Consulatum. *Ascon.*

Volcatius, Gallicanus, scripsit vitas Imperatorum ad Diocletianum. (*tol.*

Volcatius Terentianus, Historiam Gordianorum scripsit. *Capi-*

Volcatius Epidius, scripsit res gestas Pompeji Magni. *Nepos.*

Volcatius Sedigitus, qui in libro de Poëtis qui sentiat, versibus aliquot monstrat. *Gel.* lib. 15. cap. 24.

Volcen, aut Volcentum, una ex 4. coloniis, quas Janus posuit ad littus Hetruscum. *Plin.* (ritima.

Volcentum, jacet nunc diruta, non procul à Castro, urbe ma-

Volce, ab accolis Volte pro Volce profertur, ut scribit *Joan.*

Volcentani, pop. sunt in Campania. *Caton.* (*Anton.*

Volcera, civ. est Illyridis, seu Liburniæ. *Ptol.* Melius Velcera.

Volegesia, civ. est Babyloniæ. *Ptol.*

Volentinum, opp. est Pannoniæ superioris. *Ptol.*

Voli, populi sunt Mauritaniæ Tingitanæ. *Ptol.*

Volobriga, opp. est Nemetatorum in Hisp. *Ptol.*

Volones, dicti sunt Servi, qui pro dominis se pugnaturos polliciti sunt: ita appellati, quia hoc sponte voluerunt.

Volosci, appellantur, authore Catone, qui Volsci. (*Fest.*

Volscorum metropolis, fuit Anxur, nunc Tarracina. *Cat.*

Volsas sinus, ponitur in Britannia. *Ptol.*

Volsci, orum, pop. sunt mediterranei Tusci. *Pomp.*

Volscus, a, um. Virg. *Hos superadvenit Volsca de gente Camila.*

Volscentani, pop. Lucaniæ in Italia. *Plin.* lib. 3.

Volsinium, una ex 4. coloniis, quas Janus posuit in mediterraneis Italiæ. *Cat. de Orig.*

Vol-

Volsinium, opp. est Tusciæ. *Ptol.* Vulgà *Bolsena.*
Volsinus, a, um, vel potius Vulsinus, a, um, à Volsinio.
Volturena, vallis est circa Latium lacum. Vulgò *Valtelina.*
Volturena, gens tertia Tusciæ sub radicibus Cyminiis.
Volubile, opp. est Mauritaniæ. *Plin.* lib. 5. cap. 1.
Voluntii, pop. sunt Hyberniæ insulę. *Ptol.*
Voluptia, dea voluptatis habita est, cui Romæ sacellum erat.
Voluisius, poëta Patavinus, qui res gestas Romanorum carmine scripsit. *Catull.*
Vomanus, fluv. est Piceni in Italia. *Plin.* lib. 3. cap. 13.
Vopiscus, historicus quidam, qui de Imperatoribus scripsit.
Voranus, fuit Q. Luctatii furacissimus libertus. *Cœlius Rhodig.*
Vorganium, civ. est Osismiorum in Gallia Belgica. *Ptol.* Vulg. (*Leon en Bretaña.*

U ANTE R.

Ura, Syriæ Palmyrenæ locus ad Euphratem. *Plin.*
Uraci, pop. sunt Celtiberiæ in Hisp. *Ptol.*
Uragus, ab antiquis deus dictus est, quem orcum dicimus, quod is deus non maximè urgeat.
Urania, una ex Musis: interpretatur *cœlestis.*
Urania dicta, quod viros eruditos in cœlum attollat.
Uranopolis, opp. est in Atho monte. *Plin.* lib. 4. cap. 10.
Uranopolis altera, civ. est Carbaliæ in Pamphylia. *Ptol.*
Uranus, pater Saturni, qui alio nomine Cœlum, vel Cœlius dicitur, cui Saturnus amputavit virilia, ex quibus nata est
Uratislavia, Silesiæ civitas. Vulgò *Breslau.* (Venus.
Urbanus, Pontifex Romanus, anno 224.
Urbanus II. Pont. Roman. anno 1089.
Urbanus III. Pont. Roman. anno 1185.
Urbanus IV. Pont. Roman. anno 1261.
Urbanus V. Pont. Roman. anno 1362.
Urbanus VI. Pont. Roman. anno 1378.
Urbanus VII. Pont. Roman. anno 1590. (Julio obiit.
Urbanus VIII. Pont. Rom. anno 1623, & anno 1644. mense
Urbara, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Urbicus, fluvius Legionensis regni. Vulgò *Orbigo.*
Urbigenus, pagus est Helvetiorum in Gallia Belgica. *Cæs.*
Urbinum, opp. est Italiæ in Umbria: à quo Urbinates. *Plin.* lib. 3. cap. 14. (*Urbino.*
Urbinum, opp. est in Flaminio itinere ab urbe in Gallias.
Urbona, civ. est Hisp. *Ptol.*
Urca, civ. est Hisp. Tarraconensis. *Ptol.*
Urcesa, civitas Hispaniæ in Oretanis. Vulg. *Uclés.* (*Plin. Urce.*
Urci, sive Urcum, i, opp. est inter Bæticam, & Tarraconensem.
Urcitanus, a, um, res ad Urcos, sive Urcum pertinens.
Urcinum, civ. est Corsicæ insulæ. *Ptol.*
Urgao, sive Virgao, quod & Alba, opp. est Bæticæ. *Arjona.*
Urgella, civ. est Hispaniæ in tractu Tarraconensi. Vulg. *Urgél.*
Uria, sive Urium, opp. est in Bætica. *Plin.* & *Ptol. Rio Tinto.*
Urias, sinus est in littore Apulo. *Pomp.*
Urigia, opp. est Bæticæ, conventus Gaditani. Fortè *Almeria.*
Urilia, territorium Ultonię in Hybernia.
Urolanium, opp. est Britanniæ ins. *Ptol.*
Ursa, sydus cœleste, quod nostri Septentriones appellarunt.
Ursabalvia, civ. est Picenorum in Italia. *Plin.* lib. 3. (*na.*
Ursao, nis, quæ Genua Urbanorum, opp. est Bæticæ. Vulg. *Osu-*
Ursaria, opp. est totius Hisp. celeberrimum. Vulgò *Madrid.*
Ursentini, pop. sunt Lucanorum in Italia. *Plin.* lib. 3. cap. 11.
Ursula, Virgo & Martyr, Princeps Hybernarum majori parte undecim mille Virginum. *Fitzimon, & Ocabasa vindic.*
Urticini, orum, pop. fuerunt in Piceno.

U ANTE S.

Usar, fluvius est Mauritaniæ. *Plin.* lib. 7. cap. 2.
Usargala, mons est Libyæ interioris. *Ptol.* (*en Austria.*
Usbium, civ. est Germaniæ. Ptol. *Donde hoy se halla Persemburg,*
Usdicesica, præfectura est in Thracia. *Ptol.*
Usdrus, opp. est Africæ sub Adrumitto: meliùs Thysdrius.
Usellis, colonia est in Sardinia. *Ptol.* Vulgò *Oristan.*
Usepolis, Colonia est in Sardinia. *Ptol.* (*vind.* 1.
Usgarus, Hybernus gigas, Ossini gigantis filius. *Ocabasa*
Usipites, pop. sunt Germaniæ. *Cæs. de Bello Gall.*
Uspium, civitas est Sardiniæ. *Ptol.*
Ustica, ins. est in mari Siculo. *Plin.* lib. 3. cap. 8.
Ustica, mons est in Sabinis. *Horat.* lib. 1. *Carm.*
Ustudama, opp. est in Thracia regione.
Usudica, præfectura est in Thracia. *Ptol.*

U ANTE T.

Utica, civ. est Africæ propè Carthaginem. *Strab.* Vulg. *Biserta; ó segun dicen otros, donde hoy hallamos Puerto Farina.*
Utica, receptaculum erat Romanorum, ad res in Libya gerendas. *Strab. lib. ult.* (tus, qui apud hanc se interemit.
Uticensis, e, quod ad Uticam pertinet: undè Cato Uticensis dic-
Utina, opp. est Africæ sub Adrumetto. *Ptol.*
Utinum, Italiæ opp. juxta Aquilejam, ut notat Vadianus. Vulgò *Udente, ó Udina.*

V ANTE U.

Walia, territorium Britanniæ. Vulg. *Gales.*
Waterfodia, sive Manapia, civitas Episcopalis & maritima, ac caput Comitatus Momoniarum in Hybernia, civium multitudine & nobilitate satis clara. *Ocabasa.*
Wexfordia, civitas prætoria & maritima Lageniæ in Hybernia, exterorum navigatione & adventu frequens, Venerabilis Fratris Candidi à Sancto Bernardo patria. *Ocabasa.*
Vulcania, ins. est propè Siciliam, una ex septem Æoliis. *Ptol.*
Vulcaniæ, ins. septem Siciliæ adjacentes, quæ & Æolides dictę sunt. *Solin.* (quod *canus* per aëra *volet.*
Vulcanus, deus antiquis putatus est, quod significatur ignis,
Vulcanus, Mulciber appellatur, quod ignis ferrum mulceat.
Vulcanus, pro ipso igne aliquandò ponitur; sicut Pallas pro litteris. (na portare. *Plaut. in Amphit.*
Vulcanum in cornu conclusum gerere, id est, ignem in later-
Vulcanius, a, um. Sil. --- *errat Vulcania pestis,* i. incendium.
Vulcanalia, orum, Festa Vulcano dedicata. *Columel.*
Vulgientes, pop. sunt Provincię Narbonensis. *Plin.* lib. 3.
Vulsini, vel Volsini, pop. Italię: undè Vulsienses.
Vulsinius, aliis Vulsinium, opp. Tusciæ opulentissimum fuit, fulmine posteà totum concrematum. Vulg. *Volsena.*
Vulsiniensis lacus est propè Vulsinos in Hetruria. *Colum.* Vulgò *Lago de Volsena.*
Vultur, mons est Apuliæ, in quo educatus fuit *Horatius.*
Vulturnum, opp. est Hetrusc. *Liv.* lib. 4. *ab Urbe.* (c. 47.
Vulturnus, ventus qui ab Oriente hiberno spirat. *Plin.* lib. 2.
Vulturnus, fluv. Campaniæ, cum ejusdem nominis oppido.
Vuruesca, opp. est Hispaniæ citerioris, quod supra Virdubesca, & à *Plinio* Virovesca dicitur. Vulgò *Brivíesca.*

U ANTE X. (c. 3. Vulgò *Osma.*

Uxama, civitas est Arevacorum in Hisp. citeriori. *Plin.* lib. 3.
Uxama (apud alios) oppidum Hispaniæ. Vulgò *Laredo.*
Uxamargella, civ. est in Hispania. *Ptol.*
Uxelta, civ. est Britanniæ. ins. *Ptol.*
Uxentum, opp. est Salentinorum in Italia. *Ptol.* Vulgò *Usento, ó Ugento, en tierra de Otranto.*

U ANTE Z.

Uzalitanum, opp. est Africæ propriè dictæ.
Uzaræ, pop. sunt in eadem Africa.
Uzetia, opp. est Africę sub Adrumetto. *Ptol.*
Uzia, civ. est in Perside regione. *Ptol.*
Uzita, opp. est Africæ sub Adrumetto, juxta quam Cæsar Scipionem superavit. *Strab.*

DE LITTERA X.

Xantha, vel Xanthe, es, Nympha marina Oceani & Tethyos filia, à rufo sive flavo colore dicta. *Hesiodus.*
Xanthe, olim vocabatur Troas, regio Ilii. *Steph.*
Xanthii, pop. Asię ab Harpago Cyri præfecto interfecti. *Herod.* lib. 1. (lib. 1. cap. 17.
Xanthippe, uxor Socratis admodum morosa, & jurgiosa. *Gel.*
Xanthippus, Lacedæmoniorum dux, accersitus à Carthaginensibus, contra Luctatium Consulem pugnavit. *Volat.*
Xantho, Nympha, Oceani & Tethyos filia. *Hesiod.* & *Virg.*
Xanthus, urbs Lesbi: civis Xanthius. *Steph.*
Xanthus, fluv. est Troadis, qui alio nomine Scamander, cujus aqua potata efficit oves rufas. *Arist. de hist. Animal.*
Xanthus, flumen est, & opp. Lyciæ.

Xanthus quoque dictus est Hectoris equus. *Homer.* (*Suid.*
Xanthus Lydus vel Sardianus, scripsit historiam Lydorum.
Xanthus alter, Poëta Melicus ponitur ab *Æliano.*
Xanthus, filius Tremyli & Praxidices, in Lycia natus. *Steph.*
Xaurus, locus Macedoniæ, à Xauro quodam. *Steph.*

X ANTE E.

Xeda, via in qua Lycurgi sepulcrum apud Pergamum.
Xenarchus, Poëta comicus, cujus fabulas commemorat *Athe-*
Xenarchus alter, è Seleucia Ciliciç Peripateticus. *Suid.* (*næus.*
Xenephyris, vicus Libyæ propè Alexandriam. *Steph.*
Xeni, balneç fuerunt Romæ, sic dictç ab hospitibus, qui ibi recipiebantur. *Cicer.*
Xenius, Jovis cognomen apud Græcos, teste Dionysio, quem Latini verbo ex verbo expresso, hospitalem vocant. De hoc intelligendum est illud *Virg.* lib. 1. *Æneid. Jupiter, hospitibus nam te dare jura loquuntur.*
Xenocrates, Philosophus Calcedonius, auditor Platonis, qui in Academia Speusippo successit.
Xenodochus, Philosophus Cardianus, apud *Plaut.*
Xenodorus, statuarius, fingendi scientia insignis. *Plin.*
Xenodorus, historicus, fuit patria Troëzenus.
Xenophanes, Philosophus Colophonius, Archelai auditor, scripsit Elegias contra Hesiodum, & Homerum. *Laërt.*
Xenophanes alter, Poëta Iambicus, ex Lesbo insula.
Xenophilus, musicus, fuit Patria Chalcidensis. *Plin.*
Xenophon, Philosophus, & dux insignis Atheniensium.
Xenophon ob eloquentiam musa Attica vocatus fuit.
Xenophon, Anthiochenus, qui Babylonica scripsit. *Suid.*
Xenophon alter, Ephesius historicus fuit, qui scripsit Ephesia-
Xenophon, Cyprius, qui Cypriaca scripsit. *Suid.* (ca. *Suid.*
Xenophontius, a, um, à Xenophonte fecit *Cicero.*
Xera, urbs juxta Herculis columnas: gentile Xereus. *Steph.*
Xeralybia, Latinè sicca Libya dicitur.
Xerxena, regio juxta minorem Armeniam, vel pars ejus. *Steph.*
Xerxes, Latinè bellator, undè Artaxerxes magnus bellator.
Xerxes, Darii filius, maximus omnium Regum Persarum, qui contra Athenienses magnum collegit exercitum.
Xerxes, in exercitu decies septies centena hominum millia habuisse perhibetur.
Xerxes alter, pictor Heracleota, Venerem ita pulchram pinxit, ut ex ea magnum quæstum faceret pretio ab his accepto, qui eam videre cupiebat. *Ælianus de Var. Hist.*

X ANTE I.

Xilia, urbs Libyæ: gentile Xiliates. *Steph.*
Ximêne, Ponti regio fodinas salis habens. *Strab.*
Xiphne, Regio Palæstinæ: gentile Xiphneus. *Steph.*
Xiphonia, Siciliæ oppidum in promontorio situm. *Strab.*
Xistus, Pontifex Roman. anno 130.
Xistus II. Pontifex Roman. anno 257.
Xistus III. Pontifex Roman. anno 432.
Xistus IV. Pontifex Roman. anno 1471.
Xistus V. Pontifex Roman. anno 1585.

X ANTE O.

Xoes, insula est in Ægypto, supra Sebeniticum ostium. *Steph.*
Xoes, civitas est in eadem insula. *Steph. & Strab.*
Xoites, nomos, præfectura in eadem Ægypto. *Ptol.*

X ANTE U.

Xuches, urbs Libyæ: gentile Xuchites. *Steph.*
Xuthia, urbs Siciliæ: gentile Xuthiates. *Steph.*
Xuthus, filius fuit Hellenis, qui in Tetrapolim Atticæ colonos deduxit. *Strab.*

X ANTE Y.

Xylenopolis, urbs in confinio Indiæ & Cariæ ab Alexandro condita. *Plin.* lib. 6. cap. 23.
Xylices Æthiopes, pop. sunt Libyæ interioris. *Ptol.*
Xylina, civ. est Cappadociç propè Cissios: nunc Sentina.
Xylopolis, civ. est Mygdoniæ in Macedonia. *Ptol.*
Xylopolitæ, pop. sunt Macedoniæ. *Plin.* lib. 4. cap. 10.
Xylos, urbs Cariæ: undè Xylicus & Xyleus. *Steph.*
Xynia, urbs Thessaliæ: gentile Xynæus. *Steph.*
Xypete, vicus in tribu Cecropide. *Steph.*
Xystiani, populi sunt Cariç, Conventus Alabandici.
Xystis, urbs Cariæ, à qua Xystiani, pop. *Plin.* lib. 5.
Xystus, vide Xistus, & Sixtus.

DE LITTERA Z.

Zabara, oppidum Bæticæ. Vulgò *Zara.*
Zabada, vicus est mediterraneus Arabiæ Fœlicis. *Steph.*
Zabii, pop. Indici. *Steph.*
Zacantha, civ. est Iberiæ, quam cepit Annibal. *Steph.*
Zacanthæi, Pyrenæi montis incolæ, quorum civitas Zacantha.
Zachatç, pop. sunt Sarmatiæ Asiaticæ. *Ptol.* (*Idem.*
Zachalias, Babylonis magus, qui ad Mithridatem de gemmarum viribus scripsit. *Plin.* lib. 37. cap. 10.
Zacharias, nomen Prophetæ proprium.
Zacharias, Pontifex Romanus, anno 741.
Zacynthus, ins. est contra Ætoliam sita. *Liv.* Vulgò *Zante.*
Zadris, civ. est in Colchide regione. *Ptol.*
Zæa, civ. est Bœotiæ. *Steph.*
Zagera, civ. est Paphlagoniæ in Galatia. *Ptol.*
Zagmais, civ. est Arabiæ Desertæ juxta Mesopotamiam.
Zagrais, civ. est in eadem Arabia. *Ptol.*
Zagrius, mons est in Media regione. *Ptol.*
Zagystis, regio est Libyæ. *Steph.*
Zalaca, civ. est in Media. *Ptol.*
Zalacus, mons est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Zalapa, opp. est Africç sub Adrumeto. *Ptol.*
Zaleucus, Legislator Locrensis, qui ut legem quam tulerat servaret, filio criminis reo unum oculum, alterum sibi eruit. *Valer.* lib. 6. cap. 5.
Zama, civ. est in Mesopotamia. *Ptol.*
Zama, civ. est Cappadociæ, præfecturæ Chamanensis.
Zama, civ. quoque est in Africa. *Liv.* lib. 10. *bel. Punic.*
Zama, fons in Africa, ex quo qui bibit, vocem canoram habet.
Zamaril, vel Zamari, pop. sunt Libyæ interioris. *Ptol.*
Zamense, opp. est Africæ propriæ. *Ptol.*
Zametus, mons est in Arabia Fœlici. *Ptol.*
Zamolsis, Pythagoræ servus, ac discipulus, qui posteà creditus est unicus Getarum deus, ad quem proficisci existimabant, quotquot ex vita decederent. *Herod.* lib. 4.
Zanatha, civ. est in Arabia Petrea. *Ptol.*
Zancle, opp. est Messeniæ in Peloponneso. *Plin.* lib. 4.
Zancle, opp. est Siciliæ, quod posteà Messana. Vulg. *Mesina.*
Zancle dictum quod falcis formam referat; vel quod ibi falx Satuni reperta sit. *Sil.*
Zanclçus, a, um, ut Zanclea Charybdis. *Ovid.* 4. *Fast.*
Zanclæi, pop. sunt Siciliæ stipendiarii. *Plin.* lib. 3.
Zanclæum, saxum est in freto Siculo, quod à Zancle opp. propinquo dicitur.
Zancles, senex fuit Samothracenus, cui post centesimum quartum vitæ annum dentes renatos fuisse, refert *Plinius*
Zania, civ. est in Media. *Ptol.* (lib. 11. cap. 37.
Zanita, mons est in Arabia Fœlici. *Ptol.* (*Ptol.*
Zaphas, mons est Libyæ interioris, ex quo Daradus effluit.
Zarama, civ. est in Media. *Ptol.*
Zaranis, civ. est quoque in Media. *Ptol.*
Zaratha, civ. est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Zarax, urbs Laconiç maritima. *Steph.*
Zareta, fons suprà Chalcedonium mare, parvos nutriens Crocodilos qui Zareteii dicuntur. *Steph.*
Zargidaba, opp. est Mysiæ inferioris. *Ptol.*
Zarias, fluvius & civitas est. *Srab.* lib. 11.
Zariaspa, orum, civ. est quæ Bactra; licet eam Ptolemæus diversam facit à Bactris.
Zariaspa, civ. est Bactrianorum. *Stesph.*
Zariaspi, pop. sunt à Zariaspa cognominati. *Steph.*
Zarix, civ. est Peloponnesi in sinu Argolico. *Ptol.*
Zarix, civ. est Laconiæ. *Steph.*
Zarmizegethusa, regia Daciæ urbs. *Ptol.* Vulgò *Corona.*
Zarvana, civ. est Armeniæ minoris. *Ptol.*
Zaves, gens est Libyæ. *Steph.*

Z ANTE E.

Zebece, es, civ. est Galilææ. *Steph.*

Ze-

Zebittes, civ. est Libyæ. *Steph.*
Zeiritæ, pop. sunt Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Zela, locus est Armeniæ. *Steph.*
Zela, quæ Flaviopolis, opp. est Thraciæ *Plin.* lib. 4. cap. 11.
Zelandia, regio est Europę. Vulgò *Zelanda.*
Zelia, civ. est Troadis, prope Idam montem. *Plin.* & *Strab.*
Zelis, opp. est maritimum Mauritaniæ.
Zelos, civ. est Hesperidum Æthiopum. *Steph.*
Zeno, Philosophus fuit, Stoicorum sectæ conditor, & Princeps. *Cicer. in Oratore.*
Zeno, in una virtute positam beatam vitam putavit. *Cicer.*
Zeno alius, Philosophus Epicureus, Ciceronis contemporaneus. *Cic.* 1. *de Finib.*
Zeno Eleates, Parmenidis auditor ac Dialecticæ inventor; sicut Empedocles Rhetorices. *Arist.*
Zenobia, Regina Palmyrenorum, Græcis ac Latinis litteris ornatissima, à Ptolemæis originem ducens.
Zenobii, insulæ septem sunt juxta Fœlicem Arabiam. *Ptol.*
Zenobius, Sophista qui Romæ floruit Adriani temporibus, & Sallustii historiam in Græcum vertit sermonem. *Suid.*
Zenodorus, statuarius insignis sub Nerone, qui Mercurium Colosseum fecit quater centum pedum altitudine. *Plin.* lib. 34. cap. 8.
Zenodotium, civ. est Osroënæ propè Nicephorium. *Steph.*
Zenódotus, Grammaticus fuit tempore Ptolemæi primi, cujus etiam filios erudivit.
Zenódotus alter, sophista sub Adriano Principe. *Suid.*
Zenonis Chersonesus, in Taurica est Chersoneso.
Zepherinus, Pontifex Romanus, anno 201.
Zephyre, ins. est juxta Cretam. *Plin.* lib. 4. cap. 12.
Zephyria, cognominata est Melos insula. *Plin.* lib. 4. cap. 12. Vulgò *Milo.*
Zephyrium, promont. est Locrorum in Italia. *Plin.* lib. 3. c. 5. Vulgò *Cabo de Bursano en Calabria.*
Zephyrium, promont. est in Cyrenaica. *Ptol.*
Zephyrium, promont. est Ciliciæ. *Ptol.*
Zephyrium, promont. est Ponti Cappadocum.
Zephyrium, promont. est in Cypro ins. *Ptol.*
Zephyrium, civ. est Halicarnassi in Caria. *Steph.*
Zephyrium, opp. est juxta Mœotidem lacum. *Plin.* lib. 4.
Zephyrus, Græcis dicitur ventus, quem Latini Favonium nominant. *Gel.* lib. 2. cap. 22.
Zeramii, pop. Thraciæ, & regio Zeramia. *Steph.*
Zerbis, Mesopotamię fluv. in Tigrim cadens. *Plin.* l. 6. c. 26.
Zerinthum, antrum Hecates in Thracia, juxta Zonam urbem. (*Steph.*
Zermicerga, civ. est in Dacia. *Ptol.*
Zeta, promont. est Syrtis minoris in Africa.
Zetes & Calais, Boreæ Thraciæ Regis filii fuere ex Orithia, cum Argonautis profecti. *Serv.*
Zethus, Jovis filius ex Antiopa, Amphionis frater. *Cicer.*
Zeugitana Provincia, eadem est quæ Africa propriè dicta. (*Plin.*
Zeugiensii, pop. sunt Mauritaniæ Tingitanæ. *Ptol.*
Zeugma, civ. est Daciæ. *Ptol. Clausemburg.*
Zeugma, opp. est Syriæ ad Euphratem, ubi Alexander ponte catenis juncto cum exercitu transivit. *Plin.* lib. 5. cap. 12.
Zeumatius, insignis & admirabilis eremita. *Sozom.* lib. 8. cap. 6. *Hist. Tripartitæ.*
Zeuxis, Heracleotes, pictor suæ ætatis maximus. *Plin.*
Zeuxo, Nympha, Oceani & Tethyos filia. *Hesiod.*

Z ANTE I.

Zie, nomen viri. 1. *Paral.* 5.
Ziela, urbs Cappadociæ, quam condidit Nicomedes filius Ziela. *Steph.*
Zigere, opp. est Thraciæ. *Plin.* lib. 4. cap. 11.
Zigira, opp. est in Africa, & Assyria. *Ptol.*
Zilis, opp. mediterraneum Mauritaniæ Tingitanæ. *Plin.* lib. 5. cap. 1.
Zimara, opp. est Armenię. *Ptol.* Aliàs Cimara.
Zimetus, opp. est mediterraneum Cyrenaicæ. *Ptol.*
Zinchi, pop. sunt Sarmatiæ Asiaticæ. *Ptol.*
Zingris, Villa præfecturæ Marmaricæ.
Zingis, prom. est Æthiopiæ Ægypti in sinu Barbarico.
Zio, nomen mensis secundi, qui Aprilis apud nos dicitur, 3. *Reg.* 6.
Ziph, duæ sunt hujus nominis civitates in tribu Judâ, ex quibus altera nomen magnæ dedit solitudini. *Josue* 15. 1. *Reg.* 23. quam ædificavit Roboam, 1. *Paral.* 2. & 2. *Par.* 11.
Ziph, nomen viri, à quo Ziphæi dicti sunt. 1. *Reg.* 23.
Ziphar, mons est Æthiopiæ interioris. *Ptol.*
Zipœtion, civ. est Bithyniæ. *Steph.*
Zirinia, urbs Thraciæ: gentile Ziriniates. *Steph.*
Zitha, civ. est Mesopotamiæ ad Euphratem. *Ptol.*
Ziza, opp. est Arabiæ Petreæ. *Steph.*
Zizoatra, civ. est Armeniæ minoris. *Ptol.*

Z ANTE M.

Zmilius, architectus insignis, qui una cum Rholo & Theodoro Lemnium Labyrinthum extruxit. *Plin.* lib. 36. cap. 13.

Z ANTE O.

Zoara, civ. est Arabiæ Petreę. *Ptol.*
Zoara, civ. est Persidis. *Steph.*
Zoara, Palæstinæ locus, quo Loth se recepit atque confugit Sodomiticæ calamitatis tempore.
Zobidæ, gens est Carmaniæ. *Steph.*
Zocotora, aliis Dioscurias, æ, insula maris Indici. *Zocotora.*
Zœtæon, civ. est Arcadię. *Steph.*
Zogocara, civ. Armeniæ majoris. *Ptol.*
Zoëlæ, Asturiæ in Hispania populi, Pesicis & Gyris finitimi. *Plin.* lib. 3. cap. 3. (sit.
Zoilus, quidam malignus Poëta, qui contra Homerum scrip-
Zoilus, dictus est Homeromastix, id est, *Homeri flagellum.*
Zoili vocantur alienarum laudum obtrectatores.
Zone, civ. est Ciconum in Thracia. *Steph.*
Zonius, civ. est Medię. *Steph.*
Zoparistus, civ. est in regione minoris Armeniæ.
Zophanitica, Toparchia est Judeæ Palæstinæ. *Plin.* lib. 3.
Zopyrus, nobilis Persa in exercitu Darii contra Babylonem. *Herod.* circa finem, lib. 3.
Zopyrus, sculptor qui Areopagitas sculpsit. *Plin.* lib. 34.
Zoriga, civ. est Armeniæ minoris. *Ptol.*
Zoroastres, Bactrianorum Rex, qui primus magiam in Perside invenit. *Plin.* lib. 30. cap. 1. (habent.
Zorobabel, Darii tempore, Judæis litteras dedit, quas adhuc
